Digitized by Google

A3

INSCRIPTIONES GRAECAE

CONSILIO ET AVCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARVM REGIAE BORVSSICAE

EDITAE

VOLVMEN IV

BEROLINI APVD GEORGIVM REIMERVM

MCMII

INSCRIPTIONES ARGOLIDIS

CONSILIO ET AVCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARVM REGIAE BORVSSICAE

EDIDIT

MAXIMILIANVS FRAENKEL

BEROLINI APVD GEORGIVM REIMERVM

MCMII

PRAEFATIO.

Academia Regia cum mense Februario anni MDCCCXCV mandato me honoravit, ut Peloponnesi inscriptiones Graecas novo Corpore colligerem, postulavit ut ipse provinciam meam paulatim permigrans lapides superstites requirerem, idque quam maxime postulavit mihi gratum et acceptum. Quo enim magis titulorum existimator magnam partem, in amissis scilicet et latentibus, necessario pendet ab aliorum oculis, quorum et facultas et fides valde diversae, eo vehementius oportet impellamur, ut quantum fieri possit dubitationes de servatis certe conemur eximere lapidibus. Ad quod accedit quod persaepe ad res cognoscendas summi momenti regionum est cognitio et quod melius de titulorum desideratorum exemplis editis iudicabit, cui collatis multis multorum apographis cum lapidibus quae vitia committi soleant in animo versabitur. Praeterea cum inscriptiones multas forte repertas constet in Graecia latere, multas ab incolis, ut lapides in suum usum convertant, deleri (cuius rei triste exemplum attuli ad titulum n. 694), quicumque terram nobis sacram explorat sperare potest se impetraturum et vel servaturum esse inscriptionum adhuc ignotarum memoriam.

Prompto igitur animo, postquam totius operis materiam publici iuris factam quam celerrime collectam in schedis descripsi, iter ingressus, die IX. mensis Martii anni MDCCCXCVI Athenis adveni, ubi necessaria erant praeparanda. Comitem sociumque expeditionis Peloponnesiacae adiungere mihi contigit Carolvm Fredrichivm Stettinensem, qui laborum participem se praebuit excepto tempore quo interfuit itineri annuo ab instituto Germanico in insulas suscepto, quique investigatis lapidibus, paratis schedis meis, consilio in lectionibus difficilioribus dato, ectypis chartaceis quam perfectissime expressis, praeterea ipse si munera reliqua otium ei reliquerunt titulos describens gravissima praestitit officia et multo plura quam ut singillatim afferri potuerint. Petendum etiam mihi erat praesidium summorum magistratuum Graecorum, e quibus Panagiotes Cavvadias cum alia humanissime mihi suppeditavit tum in sacro Epidaurio, quod primum adeundum esse duxi, ut domicilium concessit conclave unici aedificii ibi exstructi, quod praeter id continebat »museum«, libereque uti permisit monumentis quae ab eo detecta simul monumenta gloriae eius facta sunt. Quod referendum mihi erat, Epidauri postea non plane ex eius voluntate rem actam esse (cf. lemma n. 1492 et in addendis n. 925), id gratiam quam mecum rei epigraphicae sectatores cuncti viro debent egregio, deminuere nullo modo potest.

Epidauri tanta erat inscriptionum copia quarum maior pars inedita, ut inde a die XV. mensis Martii usque ad III. Maii, cum plane exhaustus finem facere coactus sum, omnia conficere non possem. Non aegre qui materia hic commode proposita utentur comperient, quantis aerumnis comparanda fuerit. Cubiculi particeps per dies fere triginta erat antiquitatum epistates Koromandos, qui tussibus horribilibus cruciatus quietem cuiusque noctis turbabat. Accessit tempestatis summa iniquitas: post pulchros dies quattuordecim non remittebat intermixtis imbribus assiduis frigus in Graecia hoc anni tempore ut dicebant inauditum; accidit ut tota Aesculapii vallis nive esset contecta; in cubiculo insolide constructo thermometrum Celsianum excedere non solebat gradus novem, perpaucis diebus ascendit ad duodecim; id erat refugium, in quod portandi erant et rigidis manibus describendi lapides mobiles, si sub divo ubi longe plurimae iacebant inscriptiones opus fieri nequibat. Neque iucundum erat expedire lapides in museo quod dicebatur collocatos, ubi aut apertis porta ligneisque fenestrarum vitro non instructarum luminaribus laborandum erat vento, aut clausis caligine, semper frigore. His conditionibus descripti tum sunt sive collati tituli plus quingenti quinquaginta, inter quos sunt permagni et multi propter lapidem adhibitum mollem tam male habiti, ut vix distinguantur fissurae a litterarum umbris: aequus igitur quisque indulgentiam non recusabit, si non semper vires suffecerint ad omnia bene administranda. Quo plura toleranda erant adversa, eo gratiore animo me renovare iuvat laetam memoriam societatis Christiani Blinkenbergii Havniensis, qua Epidauri per complures dies delectatus sum; is strenuis viribus lapides mihi infirmo ferens sive movens omnique alio modo quo fieri poterat, praesertim diebus quibus aberat Fredrich, me adiuvans in perpetuum me devinxit. Neque silentio praeterire fas est benevolentiam et prompta officia antiquitatum Epidauriarum custodis, qui cum suis praeter epistatam unicus erat huius solitudinis incola.

Iam eiusdem anni auctumno in Graeciam reverti, ut investigationem continuarem, in qua iterum Fredrichii auxilio fructus sum. Incepimus ab Aegina, ubi mihi commorato a mensis Septembris die XII. usque ad XXI. quantum profuerit locorum hominumque cognitione Pelecanvs ludi publici magister, quem ut comitari me posset per complures dies ab officiis liberavit demarchus honestissimus Emmanvel, quantum apographis liberaliter traditis et consiliis Iriotis scholae rector, vir in Germaniae universitatibus instructus et de epigraphia Aeginetica peculiari libello edito optime meritus: id grate praedicare meum iam erat in dissertatione »*Epigraphisches aus Aegina*« inserta actis academicis maioribus anni MDCCCXCVII, qua via mihi munienda erat ad lapides digerendos; originis enim memoria olim collocatorum in museo, quod toti renatae Graeciae commune Aeginae constitutum erat, magnam partem obscurata erat et corrupta.

Ab Aegina petivi Pityonesum et Cecryphaliam insulas, tum Calauriam et Methanam, a die Septembris XXV. usque ad II. Octobris laborem praebebat Troezen, deinde usque ad VI. Hermione, usque ad XXII. Argi et loci vicini, tum usque ad XXVI. iterum moratus sum in sacro Epidaurio et Epidauri in urbe, unde per Phliunta profectus Corinthum sedes adii Cleonarum, Sicyonis, Cenchrearum, Crommyonis. Primo Novembris die Athenas redii, ubi museum usque ad diem XX. perscrutatus exscripsi quos ad me pertinentes inveni titulos, quod quidem in parte soli rei epigraphicae dicata, cuius thesauri enormes adhuc carent ordine et catalogo, casui est obnoxium. In itinere auctumnali tam insolito laborandum erat calore quam antea frigore; cum quantis insuper molestiis et angustiis coniuncta sit longior peregrinatio in Graeciam interiorem instituta, peritus nemo ignorat.

Principale Corporum nostrorum officium non positum esse duco in titulorum restitutione et explicatione, sed maxime nil praetermittere studendum esse, quin documenta epigraphica quam plenissime collecta et quam accuratissime constituta ad virorum doctorum praebeantur usum. Quod ut quantum possim assequerer, petendum mihi erat multorum auxilium, atque certabant quasi nationum variarum viri, ut monstrarent, in scientiarum liberalium campo nihil valere terrarum fines neque in eo regnare aemulationem et ambitionem, sed humanitatem et doctrinae communis commodum. Nominandi prae reliquis mihi sunt Graeci: praeter Cavvadiam, quem grato iam laudavi animo, Stais sculptorum musei Atheniensis operum praefectus, qui mihi permisit ut inventaria egregie instituta perlegerem et quae ibi reperissem inscriptionibus ornata ex libidine adirem; eo et Cavvadia auctoribus factum est ut museum epigraphicum, quamquam eius praefectus Leonardus aberat, ad liberum mihi pateret usum; Tsuntas res Mycenaeas eas quas eo absente clausas cernere non potueram postea delineandas praebuit; humanissime Skias inscriptiones mihi indicavit. Richardson lapides ab Americanis in Heraeo Argivo repertos ad describendum mihi concessit et cum Ioanne Williams-Whitio egregio professore Cantabriensi auctor fuit, ut eorum quos postea Corinthi et Cleonis invenerant notitiam mihi transmitterent Powell et Dickerman. De nostratibus Athenis consistentibus numquam defecit Wolters, ubicumque consiliis utilissimis sive intercessione prodesse poterat; Wilhelmo, qui ab Academia officium adiutoris operum epigraphicorum in se receperat, praecipue debetur inchoatum apographum difficilis fragmenti Troezenii n. 823 *A*; eius successor De Prott promptissimo officio et titulos in museo investigatos diligentissime exscripsit et numquam recusavit coniecturas meas ex apographis suis factas in lapidibus examinare et sic corrigere sive meum opus sive suum. Nemeam, ubi ipse nihil profeci, meo rogatu, postquam comperi quo loco collocati essent tituli reperti, iter suscepit.

Summa gratia extollenda mihi est Francogallorum insignis humanitas. Beneficio Ivlii de Chantepie bibliothecae Sorbonnianae illustrissimi praefecti factum est, ut Berolini uti possem ectypis a Le Basio olim factis de lapidibus, quorum pars haud exigua nunc desideratur; delectum fecit Holleavx. Exempla lapidum Troezene a se repertorum, antequam ipse ea publicavit, rara comitate misit Legrand intercedente Havssovlliero, cui praeterea debeo titulorum Parisiis asservatorum optatissimam notitiam. Fougères quod auctore Homollio suppeditavit ectypa titulorum quos Mantineae effoderat, hoc loco praeterire non possum, quamquam ad hoc volumen nondum erant adhibenda.

E museorum praefectis laudandi praeter Graecos sunt Mvrray Londinensis, Collignon Parisinus, Kieseritzky Petropolitanus. Blinkenberg semper paratus mihi erat subsidium petenti e schedis suis Epidauriis. Quam optime meritus est Fvrtwaengler et eo auctore adiutor in effossionibus Aegineticis Thiersch, quod gravia eorum inventa huic volumini adnectere adhuc potui. Diaria olim scripta in itinere Graeco, quod iuvenes una susceperant, mihi permiserunt Conze et Michaelis, e quibus sicut e Welckeri et Rossii diariis in accademia nostra asservatis haud mediocrem percepi fructum. Franciscvs Boll Monacensis quod magnum officium praestiterit, exposui ad titulum n. 679. Neque permulti, quorum humanitatem ne longus essem satis habendum mihi erat rettulisse ad singulas inscriptiones, credant quaeso me gratiae eis debitae aliquid detraxisse.

Honoris causa ultimo loco nomino virum venerabilem, rerum Academiae epigraphicarum Graecarum moderatorem Adolfvm Kirchoffivm, qui ex praeceptore amicus factus per triginta fere annos benevolentia numquam cessante me prosecutus est cuiusque auspiciis hoc perfecisse gaudio mihi est et honori.

Scribebam Berolini Mense Februario
Anni MDCCCCII.

Maximilianvs Fraenkel.

CONSPECTVS EORVM QVAE HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

PARS PRIMA.

AEGINA.

1. DECRETA.

1 Stela marmorea, cum vestigiis cymatii in summa parte, a. 1,33. l. 0,51. cr. 0,13. Fuisse in museo Aeginae olim constituto testis est Ross et huius musei index a Campane anno 1832 confectus (editus apud Cavvadiam, Γλυπτὰ τοῦ Ἐθνικοῦ μουσείου. Ἐν Ἀθήναις 1) p. 32 n. 344: »Μαρμάρου μεγάλη πλάκα τετράγωνος φέρουσα ψῆφον. Ἀγαθῇ τύχῃ ... Αἰγ(ίνης)«. Nunc Athenis in museo publico. Reperta a Mustoxyde, ut ait Pittakis, »τὸ 1830 εἰς τὴν Αἴγιναν οὐ μακρὰν τοῦ ναοῦ τῆς Ἀφροδίτης«, ut Expeditio Moreotica, »près du lazareth, qui occupe l'emplacement de l'ancien port«.

Rossii extat apographum in diario anni 1835. Pittakis, Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. 1839 n. 343. Ter edidit Le Bas: adhibens apographa tria Trézelii Virleti Quineti *Expédition de Morée* III 60 et *Explication d'une inscription Grecque de l'île d'Égine* (Paris 1842); ex apographo multo meliore *Voyage archéol.* II 1688. E Pittakis schedis et ex Expeditione Boeckh, C. I. G. II add. 2139*b*. Rangabé, *Antiquités Helléniques* 2, 688. (Hicks, *Manual of Greek historical inscriptions* n. 169.) — Cf. M. H. E. Meyer, Encyclopaedia Halensis III 16 p. 401. 411; Fränkel, *Inschriften von Pergamon* I p. 169. — *Exscripsi* et confeci ectypum.

[*Exemplum vide pag. 2.*]

Var. lect. Uncis inclusae sunt litterae eae quae sive in Le Basii *Voyage* sive a Rossio datae nunc certe non incolumes conspiciuntur in lapide, cuius partes nonnullae valde sunt detritae et Rossio teste iam anno 1835 »*sehr unleserlich*«; hic illic indicabo vestigia quae vidi litterarum, quas plenas exhibet Le Bas. Satis habeo referre lectiones Le Basii, cuius apographum longe praestantissimum, et potiores Rossii Rangabeique, missis reliquorum erroribus. Vs. 14 ΤΕΤΑΕΙ..ΤΕ...ΟΝΟΝ Le B., ΤΕΤΑΕ ΑΙΓΥΚ....ΟΜΟΝ Rang., ΤΑΕΙ.........ΟΝΟΝ Ross. In fine ΠΡΟ (quae certe in lapide fuerunt) ΔΙΑ Trézel || vs. 15 ΜΟΥΣ.Μ.ΚΑΙ Le B. || vs. 16 nunc modo ΔΗΓ ΓΙ || vs. 17 ΙΣΗΝΠΑΡ..Ν...ΑΙΟ..ΤΑ ΤΩΝ Le B., ΙΣΗΥΠΑΡ......ΙΟΣ.ΕΙΑΤΩΝ Ross, ΙΣΗΥΠΑΡ....... Η...ΑΤΩΝ Rang., ΙΣΗΥ Virlet Quinet Pitt. || vs. 19 ΑΥΡ....ΝΕΝ ΕΝΧΘ Le B. Idem sine Ρ Ross || vs. 21 post ΑΝΑΣ omittit Τ Le B. || vs. 23 ΒΟΥΛΗΘΕΝΤΟΣΑΙΤΙΟΣ Rang. || vs. 24 ΚΟΙΝΗΙ.Α......ΔΙΑ Le B. || vs. 26 extr. nunc modo ΚΑΤΑΤΙ || vs. 27 de littera quarta nunc superest Γ, de septima ¯ || vs. 29 ΜΕΤΑ ΤΑΡΡΗΣΙΑΣ (μετὰ παῤῥησίας) Rang. || vs. 30 ΜΕΝΩΜΤΩΙΤΟ Ross || vs. 31 extr. nunc cernitur ΕΙΣ ΤΑ ...Β.ΞΙ || vs. 32 extr. ΦΘΑΙΜΕΙ..... Le B., sed inter Α et Ε, quae clara sunt, spatium est quattuor fere litterarum || vs. 35 Ρ..ΤΑ. ΣΤΗΣ Le B., ab initio ΡΑΤΑΓΑ........Ν....ΟΡΙΣΠΑΡΑ Rang., ..ΡΑΤΑΓ.............ΝΤΑ..ΟΝΤΑΙΣΤΗΣ Ross || vs. 36 in. ΑΝΩ ΣΑΧΡΥΣ Rang. || vs. 42 extr. ΛΕΙΟΝΤΩ ΑΤΗΓΩΝ Rang. || vs. 43 ΠΟΛ....ΙΤΗ.Δ...ΙΟΥΚΑΙΓΡΑΥ Le B., sed inter ΚΑΙ et ΑΥ in lapide spatium quattuor fere litterarum || vs. 49 in. Α omittit Le B. || vs. 51 in. ΝΑ omittit Le B.

Ἀγαθῆι Τύχηι· δεδ[όχθ]αι [τ]ῆι βουλῆι καὶ [τ]ῶι δ[ή]μωι· τοῦ δήμου πάντα μὲν τοῖς ἀπεσταλμένοις ἐπὶ τ[ὴ]ν [πόλιν πεπειθαρχηκότος τε καί, ἐφ' ὅσον ἦν δυνατόν, κατηκ[ολουθηκότος ταῖς ἑκάστων αὐτῶν βουλήσεσιν, κατασταθέντος δὲ καὶ Κλέωνος τῶν τοῦ βασιλέως Ἀττάλο[υ] φιλαδέλφου σωματοφυ[λ]άκων καὶ μείναντος ἔτ[η] δεκαὲξ καὶ ἐν τούτοις ἀπόδε[ιξι]ν πεποιημένου τ[ῆς] π[ραγματικῆς καὶ τῆς κατὰ τὸν βίον εὐταξίας, ἴσως δὲ καὶ δικαίως προτετηρημένου πᾶσιν μετὰ τῆς πάσης καθαρει[ότητος, οὐδὲν ἐφελκο[μέ]νου τῶν ἀδικούντων οὐδ' ἀπ' ὀρθῆς, [κ]α[ὶ] μετ' ἐξουσίας, θέλ[οντ]ας πράττειν, ἀλλὰ τὰ μὲν πλεῖστα [πειρωμένου συλλύειν, τοὺς δὲ μ[ὴ] συλλυομένους ἀναπέμπον[τας ἐπὶ τὰ καλῶς καὶ δικαίως νενομοθετημένα ἡμῖν ὑπὸ τ[ῶ]ν βασιλέων κατά τε τὰ εἰ[ς ......]αιον κε[χ]ρηματισμένα π[ράγματα καὶ τοὺς νόμους, [ὅπως] καὶ τῶν ἀσθενεστάτων [πρὸς τὸν δυνατώτατον [καὶ] τῶν δημοτικωτάτων πρὸς τὸν εὐπο[ρώτατον ἢ ἴση ὑπάρ[χη δικα]ιο[δ]ο[σί]α, τῶν τε ἀ[π]ενεχθεισ[ῶν ἐν τούτοις τοῖς [ἔτεσι] δικῶ[ν τὰ]ς μὲν πλεί[σ]τας εἰς σύλ[λυσιν ἀγηγοχό[ς], τὰς δὲ ἐπ' α]ὐ[τὸν ἀ]νενεχθείσας διεξηγη[γοχὼς ὥστε καὶ [μάλ]α [το]ὺς τὰς δίκας ἔχοντας εὐδοκεῖν, τ[ήν τε ἄλλην ἀναστ[ροφὴν πε]ποιη[μέ]νος εὐσχημόνως καὶ ἀ[ξίως τοῦ τε βασιλέως καὶ τῆ[ς] πόλεως, καθὸ μὲν εἰς τὸ δυν[ατὸν οὐθενὶ βουληθεὶς παραί[τι]ος γίνεσθαι, [ἀ]γαθοῦ δὲ κατ[ά] τε δίκαιον καὶ κοινῆ καὶ [ἰ]δία[ι ἑκά]στωι, καθηκολουθηκ[ὼς ᾗ ἔχοντες οἱ βασιλεῖς [ὑ]μῶν [δια]τελοῦσιν πρὸς τὴν πό[λιν προαιρέσει εὐαπάντ[ητο]ς γινόμενος τοῖς τε κατὰ τή[ν πόλιν καὶ τοῖς παραγινο[μένο]ις παρὰ τοῦ βασιλέως καὶ τοῖ[ς ξ]ένοις τοῖς παρεπιδ[ημοῦσι]· δι' ἃ καὶ πλεονάκ[ι]ς ὁ δῆμο[ς ἠξ]ίου τοὺς βασιλεῖς μετὰ πρεσβειῶν, ὡς μέγιστον αὐτῶ[ι χαριουμένων τῶι [δήμωι], ἐὰν ἐπιχωρήσωσιν μέν[ειν] αὐτὸ[ν ἐ]πὶ τῆς πόλεως· διά τε δὴ ταῦτα καὶ διὰ τὸ εἰς τὰ τοῦ βασιλέως πράγματα [καλῶς] καὶ δικαίως ἀνεστράφθαι, [ὥσπ]ε[ρ] καὶ [ἐ]ν τοῖς ἄλλοις π[ᾶσιν, μετὰ] καλοκἀγαθίας καὶ δικαιοσ[ύν]ης· δεδόχθ[αι τῆι] βουλῆι καὶ τῶι δ[ή]μωι ἐπαινέσαι Κλέω[να Στρ]ατάγο[υ] Π[εργ]α[μην]όν, [τὸν προστ]ά[την] τῆς πόλεως, καὶ τ[ιμῆσαι χ]ρ]υσ[ῶι] σ[τεφάνωι καὶ] εἰκόνι χαλκῆι ἀρετῆς ἕνεκεν [καὶ εὐ]νοίας, ἣν ἔχ[ων δι]ατελ[εῖ καὶ εἰς] τὸν βασιλέα Εὐμένη καὶ τ[ὸν βα]σιλέα Ἀττ[αλο]ν [φ]ιλάδε[λφον] καὶ τὴν βασιλισ[σα]ν Στρατο[νίκη]ν καὶ Ἄτ[τ]αλο[ν υἱὸν] βα[σιλέω]ς Ε[ὐμ]ένου καὶ τὸ[ν] δ[ῆμ]ον τ[ὸν Αἰγιν]ητῶν καὶ ἀναγ[ορεύειν ταῦτα] Ἀτταλείων κα[ὶ] Εὐμεν[είων καὶ Νικηφορίων Θυ[μελικῶν] ἀ]γῶνι κ]αὶ Διονυσί[ω]ν τρ[α]γ(ω)ιδοῖς [καὶ τὴν ἐπιμέλειαν ἑ[κάστοτε εἶ]να[ι τῶν ἐν ἀρ]χεῖ ὄντω[ν] στρατηγῶν. [εἶναι δὲ αὐτὸν καὶ πολί[την καὶ] ἐ[κγόνους α]ὐτοῦ καὶ [ἐγγρ]άψασθαι φυλῆς καὶ δήμου, οὗ ἂν [βούλη]ται, ὑπάρ[χει]ν δὲ αὐ[τ]ῶι καὶ σίτη[σ]ιν ἐν πρυτανείωι διὰ βίου. τὸν δὲ γραμμα[τέα τ]οῦ δήμου ἀναγράψαι ἐς σ[τ]ήλην, ἣν σταθῆναι ἐν τῶι Ἀτταλείωι, τὸ δὲ γενόμενον ἀνάλ[ωμα] ε[ἴς] τε τὴν ἀναγραφὴν καὶ τὴν ἀνάθεσιν [μ]ερίσαι τὸν ταμίαν, τῆς [δὲ] ἀναθέσεως τὴν ἐπιμέλεια[ν] ποιήσασθ[αι] τοὺς στρατηγούς, ἵ[ν]α τούτων συντελουμένων [φ]ανερὸς ἦι ὁ δῆμος καταξίως τιμ[ῶ]ν κατὰ τὴν ἑαυτοῦ δύ[ν]αμ[ιν] τοὺς ἀξίως μὲν τοῦ βασιλέως, κα]λῶς δὲ καὶ δικαίως προσφερομένους ἑαυτῶι. ἀναπέμψαι δὲ [τόδε τὸ ψή]φισμα τοὺς στρατηγοὺς πρὸς τὸν βασιλέα, ἵνα μετὰ τῆς ἐκείν[ο]υ γνώμης συντελῆται τὰ ἐψηφισμένα.

Ἡ βουλή, || ὁ δῆμος |
Κλέωνα | Στρατάγου | Περγαμηνόν.

ΑΓΑΘΗΙΤΥΧΗΙΔΕΣ ΚΤΙΕΙΒ[Ο]ΥΛΕΙΚΑΙΙΩΙΔΠΜΣ[Ι]//////////
ΤΟΥΔΗΜΟΥΠΑΣΙΝΜΕΝΤΟΙΣΑΠΕΣΤΑΛΜΕΝΟΙΣΕΠΙΤΙ[Ν//////
ΛΙΝΠΕΠΕΙΘΑΡΧΗΚΟΤΟΣΤΕΚΑΙΕΦΟΣΟΝΗΝΔΥΝΑΤΟΝΚΑ[Τ]Η[Κ]//////
ΛΟΥΘΗΚΟΤΟΣΤΑΙΣΕΚΑΣΤΩΝΑΥΤΩΝΒΟΥΛΗΣΕΣΙΝΚΑ[Τ]Α[Χ]//////
ΘΕΝΤΟΣΔΕΚΑΙΚΛΕΩΝΟΣΤΩΝΤΟΥΒΑΣΙΛΕΩΣΑΤΤΑ Ι[Ο]//////
ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥΣΩΜΑΤΟΦΥ ΑΚΩΝΚΑΙΜΕΙΝΑΝΤΟΣ[ΕΤ//////
ΚΑΕΞΚΑΙΕΝΤΟΥΤΟ[Ι]Σ]ΑΠΟΛΙΞ ΝΠΕΠΟΙΗΜΕΝΟΥΤΙ [Π]//////
ΜΑΤΙΚΗΣΚΑΙΤΗΣΚΑΤΑΤΟΝΒΙΟΝΕΥ[Τ]ΑΞΙΑΣΙΣΩΣΤΕΚΑΙ//////////
ΠΡΟΣΕΝΗΝΕΓΜΕΝΟΥΠΑΣΙΝΜΕΤΑΤΗΣΠΑΣΗΣΚΑΘΑΡΕΙ//////
ΤΟΣΟΥΘΕΝΕΦΕΛΚΟ Ν[Ο]ΥΤΩΙ[Ν]ΙΔΙΩΤΙΚΩΝΟΥΔΑΠΟΡΘΗΣ[ΑΙ]
ΜΕΤΕΞΟΥΣΙΑΣΘΕ/[Ι] ΟΣΠΡ/[ΑΤ]ΤΕΙΝΑΛΛΑΤΑΜΕΝΠΛΕΙΣΤ//////
ΡΩΜΕΝΟΥΣΥΛΛΥΕΙΝΤΟΙΣΟΙΚ[Ι Σ] /ΑΛΥΟΜΕΝΟΥΣΑΝΑΠΕΝΠΟΝ/////
ΕΠΙΤΑΚΑΛΩΣΚΑΙΔΙΚΑΙΩΣΝΕΝΟΜΟΘΕΤ[Η]ΜΕΝΑΗΜΙΝΥΠΟΤΩ///
ΣΙΛΕΩΝΚΑΤΑΤΕΤΑΕΙΣ ΟΜΟΝΚΕ/ΡΗΜΑΤΙΣΜΕΝΑΠ////
ΤΑΓΜΑΤΑΚΑΙΤΟΥΣ[Ν]Ο[Μ]Ο[Υ]Σ ΙΟΞΚΑΙΤΩΙΑΣΘΕΝΕΣΤΑΤΩΙ////
ΤΟΝΔΥΝΑΤΩΤΑΤ[ΟΝ Τ]ΩΙΔΗ[ΜΟΤ]ΙΚΩΤΑΤΩΙΠΡΟΣΤΟΝΕΥΠΟΙ////
ΤΑΤΟΝΗΙΣΗΥΠΑΡ ΙΙΟΣΟΣ ΑΤΩΝΤΕΑΓΕΝΕΝΧΘΕΙΣ////
ΕΝΤΟΥΤΟΙΣΤΟΙΣ ΔΙΚ[Ω] ΙΣΜΕΝΠΛΞΙΞΤΑΣΕΙΣΣΥ/////////
ΣΙΝΑΓΗΓΟΧΩ ΛΥ ΝΕΝΕΓΧΘΕΙΣΑΣΔΙΕΞΑΓ[Ν]////
ΧΩΣΩΣΤΕΚΑΙ [Α] Υ[Σ]ΤΑΣΔΙΚΑΣΕ[Χ]ΟΝΤΑΣΕΥΔΟΚΕΙΝΤ/////
ΤΕΛΙΛΗΝΑΝΑΣΤ ΠΟΙ[Η] ΝΟΣΕΥΣΧΗΜΟΝΩΣΚΑΙΑΣ/////
ΩΣΤΟΥΤΕ[Β]ΑΣΙΛΕΩ[ΣΚ]ΑΙΤ[Η Π]ΟΛΕΩΣΚΑΙΟΥΜΕΝΕΙΣΤΟΔΥ[Ν]
ΤΟΝΟΥΘΕΝΙΒΟΥΛΗΘΕΙΣΠΑΡΑΙ ΟΣΓΙΝΕΣΘΑΙ,ΓΑΟΟΥΔΕΚΑΤ//////
ΔΙΚΑΙΟΝΚΑΙΚΟΙΝΗΡΑΙ Σ[ΙΑ] [Α]ΣΤΩΙ[Κ]ΑΤΗΚΟΛΟΥΘΗΚ//////
ΗΕΧΟΝΤΕΣΟΙΒΑΣΙΛΕΙΣ ΜΩΝ ΑΤΕΛΟΥΣΙΝΠΡΟΣΤΗΝΠΟ////
ΠΡΟΑΙΡΕΣΕΙΕΥΑΠΑΝΤ ΣΓΙ[ΝΟ]ΜΕ[Ν]ΟΣΤΟΙΣΤΕΚΑ[Τ]ΑΤ[Η]////
ΙΝ[Κ]Α[ΙΤ]ΟΙΣΠΑΡΑΓΙΝΟ [Ι]ΣΠΑΡΑΤΟΥΒΑΣΙΛΕΩΣΚΑΙΤΟ
ΕΝΩΝΤΟΙΣΠΑΡΕΠΙΔΗ Δ[Ι]ΑΚΑΙΠΛΕΙΟΝΑΚ//ΣΟΔΗΜΟ//////
ΙΟΥΤΟΥΣΒΑΣΙΛΕΙΣΜΕΤ[Α]Π[Ρ]ΕΣΒΕΙΑΣΩΣΜΕΓΙΣΤΟΝΑΥΤΩ////
ΧΑΡΙΟΥΜΕΝΩΝΤΩΙ [ΕΑΝ]ΕΠΙΧΩΡΗΣΩΣΙΝΜΕΝ[Ν] ΑΥΤΟ//
ΤΙΤΗΣΠΟΛΕΩΣΣ[Ι]ΑΤΕΔΗΤΑΥΤΑΚΑΙΔΙΑΤΟΕΙΞΤ[ΑΤΟΥ]Β[ΑΣΙ]
ΛΕΩΣΠΡΑΓΜΑΤ[Α ΚΑΙ]ΔΙΚΑΙΩΣΑ[Ν]ΕΣΤΡ[Α]ΦΘΑ[Ι] Ε/////
ΝΤΟΙΣΑ/ΛΟ[ΙΣΠ] ΚΑΛΟΚΑΓΑΘΟΙ/ΣΚΑΙΔΙΚΑΙΟ[Σ]///
ΙΣΡΑΔΕΔ[Ο]ΧΘΑΙ ΒΟΥΛ[ΗΙΚΑΙΤ]ΩΙΔΗΜΩ[ΙΕ]ΠΑΙΝΕΣΑΙΚΛΕΩ////
ΣΤΑΤΑΓ[Ο]Γ Α[Ι] ΟΝΙ ΤΑ ΤΗΣΠΟΛΕΩΣΚΑΙ[Τ///
Μ[Η]ΣΑΙΧΡΥΣ Σ [ΕΙΚ]ΟΝΙΧΑΛΚΗΙΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΕ[Ν////
ΝΟΙΑΣΗ[Ν]Ξ ΑΤΕΛΕ ΤΟΝΒΑΣΙΛΕΑΕΥΜ[Ε]ΝΗΚΑΙΤ////
ΣΙΛΕΑΑΤΤ [Ν ΙΑ]ΛΔ[Ε ΚΑ]Ι Τ[Η]ΝΒΑΣΙΛΙΣ ΝΣΤΡΑΤΟ////
ΝΚΑΙΑΤΤΑΛΟ [Β Α] ΣΓ ΕΝΟΥΚΑΙΤΟ//// ΟΝΤ////////
ΗΤΩΝΚΑΙΑ[ΝΑ] ΑΤΤΑΛΕΙ[Ω]ΝΚ/ ΛΥΜΕΝ///
ΩΝΚΑΙΝΙΚΗΦΟΡΙΩ[ΝΟΥ] Α[Ι] ΑΙΔΙΟΝΥΣΙ ΝΤΡΑΤΟΛ[Ο]Ι[Σ]////
ΤΗΝΕΠΙΜΕΛΕΙΑΝΕ Ι]Ν/[Ι ΧΕΙΟΝΤΩ [Σ]ΤΡΑΤΗΓΩΝ///
ΚΑΙΔΕΑΥΤΟΝΚΑΙΠΟΛΙ ΓΙ ΥΤΟΥΚΑΙ ΑΥΑΣΘΑΙ
Φ]ΥΛΗΣΚΑΙΔΗΜΟΥΘΙ/[ΑΝ] ΤΑΙΥΠΑ[Ρ]ΧΓΙΝΔΕΑΙ ΣΙΚΑΣΙΤΗ
ΝΕΝΠΡΥΤΑΝΕΙΩΙΔΙΑΒΙΟΙΤΟΝ]ΔΕΓΡΑΜΜΑ ΟΥΔΗΜΟΥΛ[Ν]ΑΓΡΑΨΑΙ
ΤΗΛΗΝΗΝΣΤΑΘΗΝΑΙΕΝΤΩΙΑΤΤΑΛΕΙΩΙΤΟΔΕΓΙΝΟΜΕΝΟΝΑΝΑΛ///
ΞΕΤΕΤΗΝΑΝΑΓΡΑΦΗΝΚΑΙΤΗΝ[Α]ΝΑΘΕΣΙΝ ΕΡΙΞΑΙ ΝΤΑΜΙΑΝΤΗΣ
ΑΝΑΘΕΣΕΩΣΤΗΝΕΠ[Ι]ΜΕΛΕΙΑ ΠΟΙΗΣΑ[ΣΘ ΤΟ]ΥΣΣΤΡΑΤΗ[Γ]ΟΥΣΙ
ΑΤΟΥΤΩΝΣΥΝΤΕΛΟΥΜΕΝΩΝ Α[ΝΕ]ΡΟΣΗΙΟΔ[Η]ΜΟΣΚΑΤΑΞΙΩΣΤΙΜΙ///
ΩΝΚΑΤΑΤΗΝΕΑΥΤΟΥΔΥΝΑ[Μ] ΤΟΥΣΑΞ[Ι]ΩΣΜΕΝΤΟΥΒΑΣΙΛΕΩ[Σ
ΛΩΣΔΕΚΑΙΔΙΚΑΙΩΣΠΡΟΣΦΕΡΟΜΕΝΟΥΣΕΑΥΤΩΙΑΝΑΠΕΜΨΑΙΔ[Ε
ΦΙΣΜΑΤΟΥΣΤΡΑΤΗΓΟΥΣΠΡΟΣΤΟΝΒΑΣΙΛΕΑΙΝΑΜΕΤΑΤΗΣΕ
[Κ]ΕΙΝΟΥΓΝΩΜΗΣΣΥΝΤΕΛΗΤΑΙΤΑΕΨΗΦΙΣΜΕΝΑ

vacat

ΗΒΟΥΛΗ
ΟΔΗΜΟΣ
ΚΛΕΩΝΑ
ΣΤΡΑΤΑΓΟΥ
ΠΕΡΓΑΜΗΝΟΝ

vacat

Ad supplendas lacunas monendum est, valde inaequabilem esse scripturam.

Aeginam insulam inde ab anno fere 210 a. Chr. n. in ditione regum Pergamenorum fuisse constat (Polyb. 22, 11; cf. titulos Pergamenos n. 47 et 49). Regnante Eumene praefectum Aeginae fuisse Hicesium quendam Ephesium novimus e titulo Megarensi C. I. G. Sept. I, 15; Cleo noster postea munere functus est, cum non solum sub Eumene sed sub eius etiam successore Attalo secundo insulae praeesset (vs. 37 sq.): hi igitur sunt reges, qui vs. 25 et 29 designantur. Cleo cum Aeginae sit moratus annos sedecim (vs. 6 sq.) mortuusque rex Eumenes anno 159 a. Chr. n., eius praefecturae apparet antiquissimos esse fines annos 174 et 158, recentissimos 160 et 144, ut titulus noster necessario inter annos 168 et 144 sit exaratus. Vulgari eum esse dialecto conceptum, sed recentiorem n. 2 Dorica, non est quod miremur, nam populiscitum nostrum ad regem, ut probaretur, erat mittendum (vs. 51 sq.), conformatus igitur est sermo ad eius consuetudinem, nam reges Pergamenos κοινῇ semper adhibuisse constat e titulis eorum.

Haud recte Boeckh periisse censuit praescripta in alio lapide exarata. Vs. 6—9 supplevit Boeckh. Vs. 7. 8 »πραγματικὴ est *ars negotiorum gerendorum*« idem. Equidem πρ. ut adiectivum coniunxerim cum εὐταξίας: »*exemplum moderationis et in re publica gerenda et in vita privata*«. — Vs. 10 κ]ᾶ[ν debetur Dielesio: »*neque recedere volens a recta via, etiam cum licebat*«. — Vs. 11 extr. supplevit Rangabé. — Vs. 14 persaepe lapidem contemplatus mox OMON mox ONON mihi visus sum cernere, sed M denique verisimilius esse duxi; item se inter M et N fluctuasse confessus est Adolfus Wilhelm, qui a me rogatus locum »*ich weiß nicht wie oft*« se inspexisse scribit. Ad verba κατὰ τὰ προστάγματα καὶ τοὺς νόμους cf. papyrum Parisianum apud Grenfell, *Revenue laws* p. 177 vs. 6 sq. κατὰ τοὺς νόμους καὶ τὰ διαγράμματα καὶ τὰ προστάγματα καὶ τὰ διορθώματα. — Vs. 15 ὅπως supplevi vestigia servata secutus. — Vs. 17 dimidium prius, in quo valde differunt priores, recte me et legisse et supplevisse pro certo habeo. — Vs. 18. 19 supplevit Boeckh, nisi quod scripsit ἐνεγχθείσας, quod ad spatium replendum non sufficit. Inde a verbo ἐγγυοχέως aberratum est a constructione, cum in vicem genetivi participiorum iam semper usurpetur nominativus. — Vs. 20 supplevi. — Vs. 21 supplevit Boeckh, vs. 23. 29 ἀξ[ίου, vs. 30 δᾶμος idem. — Vs. 32 καλῶς Hicks; sub fine ὥσπερ καί, vs. 33 π[ᾶσαν μετά, vs. 35 τὸν προσ]τά[ταν mea sunt. — Vs. 36—39 supplementa fere sunt Boeckhii. — Vs. 40 scripsi ἀνα[γορεύειν ταῦτα] spatii rationem habens. Praesentis erat infinitivus adhibendus, quia haud semel modo Cleonis honores pronuntiandos esse concludere licet e verbis vs. 43 τῶν ἐν ἀ[ρ]χεῖ ὄντω[ν, quae recte constituit Hicks; ἐ[κάστοτε] meum est. Nicephoria Aeginetica instituta erant in imitationem Pergamenorum, de quibus exposui ad Inscriptiones Pergamenas n. 167. In ΤΡΑΓΟΔΟΙΣ (vs. 41) erravit lapicida. — Vs. 43 ἐκ[γόνους α]ὐτοῦ supplevi. — Vs. 44—50 supplevit Boeckh. Ἀττάλειον (vs. 46) est delubrum Attalo primo dicatum, qui cum Aeginam in ditionem Pergamenorum redegisset, hic ut κτίστης cultus esse credendus est. Aliud Ἀττάλειον in titulo Tei oppidi C. I. G. 3069. — Vs. 51 καλ]ῶς ego.

---

2 »Aeginae in ecclesia B. Virginis dicta Βιδλου« Fourmont; e cuius schedis edd. Carolus (Odofredus) Müller, Liber Aegineticorum 136, et Boeckh, C. I. G. 2140. (Franz, Elementa epigr. Graec. p. 236 n. 92.) Le Bas, *Explication d'une inscr. Grecque d'Égine* p. 71 (non vidi) et *Voyage archéol.* II 1689. (Bechtel, *Dialektinschr.* 3417.)

Α Π Ο Λ Ι Σ Δ Ι Ο Δ Ω Ρ Ο Ν Η Ρ Α

ΑΠΟΣΥΝΕΔΡΩΝΚΑΙΤΟΥΔΑΜΟΥΕ
ΤΩΝΠΟΛΙΤΑΝΔΙΟΔΩΡΟΣΗΡΑΚΛ
ΚΑΤΑΣΤΑΘΕΙΣΑΓΟΡΑΝΟΜΟΣ
ΤΑΡΤΟΝ . . . Ε . ΗΚΟΣΤΟΝΕΤΟΣΤ[Ι
ΜΕΛΕΙΑΝ . . ΠΟΙΗΤΑΙΤΑΣΑΡΧΑΣ[Α
ΕΓΧΕΙΡΙΣ . . . . . . ΑΥΤΩΙΥΠΟΤΟΥ
ΠΙΣΤΙΟΣ . . . . ΣΙΤΩΝΙΚΟΥΚΑΤ
Ι]ΕΝΟΥΕΙΣ . . . . ΤΗΡΑΣΟΡΤΟΝ
. ΟΛΕΜΟΝ[Ε] . . . . . ΠΕΙΡΑΤΑΝΕΠΕΙ
Κ[Α Κ]ΑΤΑΤΡΕΧ . . . . . [Ν]ΤΑΝΧΩΡΑΝΑΜ
ΔΕΙΑΣΟΥΣ[ΑΣΔ ΙΕΙΣΕΟΙΛ]
[ΑΡ . ΧΩΝΙΚΑΝΟΝΣ Ι Ρ]
[ΤΟΝ]ΧΡΟΝΟΝ[ΤΟΥΣΔΕΟΜΕΝΟΙΣΔΕ]
[ΠΟΝΩΝΠΟΤΙΤΟΝΔΑΛ]
. . ΔΥΝΟΝΟ[ΥΔ]ΕΒΛ[ΑΒΑΛΟΥΔΕ . . Λ]
. . ΞΑΛΛ[ΑΠΕΡ ΙΔΕΙΣΤΟΥ Μ]
. . . ΜΦΕΡΟΝΤΟΙΣΠΟΛ [ΠΟΥ]
. . . ΣΟΥΘΕΝΕΝΛΕΙΠΩ[Ν ΤΩΙΒΙ]
. . . . ΠΟ[ΤΙΦΕΡΕΤΑΙΦΙΛ ΝΩΙΩΠΩΣ]
. . Δ]ΑΜ[ΟΣΦΑΝΕΙΡΟΣ ΟΙΣΕ]
. . . ΗΜΩΝ[ΤΟΥΣΑΓ ΑΡ/Σ]
. . . . Ν . . . .
. . . Κ[ΑΤΑΞΙΟΣΤ ΟΧΘΑΙ]
. . . ΣΚΑΙΤΩΙΔΑ[ΣΑΙΔΙ]
. . . ΚΛΕΙΔΑΕ . . . .
. . . ΑΙΕΧΩΝΔΙΑΤΕΛΙ . . . . . Ο
. . . ΦΑΝΩ[ΣΑΙΑΥΤΟΥ ΣΩΙ]
. . . ΡΥΣΩΝΕΚΑΤΟΝΤΟΔΕΓΕ[ΝΟ]
. . . . ΔΟΤΩΟΤΑΜΙ . . ΚΑΙΑ
. . . ΣΤΕΦΑΝΟΝΕΙΝ[Τ] . ΤΟΙΣΔΙΟ
. . [Ο]ΕΙΟΙΣΚΑΙΘΩΜΑ . . Σ . [ΙΘ]ΕΣΘ
. . . ΕΑΠΟΛΛΩΝΙ . . ΤΑΙΡΩΜΑ
. . ΜΕΛΗΤΑΣΣΤΑΛΑΝΛΙΘΙΝ
. . ΗΣΕΤΑΙΤΟΔΕΤΟΨΑΦΙΣ
. . . ΤΑΙΕΙΣΤΟΝΕΠΙΦΑΝΕΙΣΤΑ
. . . ΟΛΙΟΣΠΑΡΑΤΟΑΠΟΛΛΩΝ
. . . ΝΟΝΑΝΑΛΩΜΑΔΟΤΩΟΤΑ

Ἀ πόλις Διόδωρον Ἡρα[κλείδα.

Ἀπὸ συνέδρων καὶ τοῦ δάμου· ἐ[πεὶ ὑπὸ
τῶν πολιτᾶν Διόδωρος Ἡρακλ[είδα
κατασταθεὶς ἀγορανόμος [τὸ τέ-
ταρτον [καὶ] ἑ[ξ]ηκοστὸν ἔτος τ[ὰν ἐπι-
μέλειαν [πε]ποίηται τᾶς ἀρχᾶς [ἀξίως τᾶς
ἐγχειρισ[θείσας] αὐτῶι ὑπὸ τοῦ [δάμου
πίστιος, [τοῦ μὲν] σιτωνικοῦ κατ[απεπλευκο-
μένου εἰσ[φέρων σ]τατῆρας ορ´, τὸν [δὲ ὕστατον
π]όλεμον [τῶν τῶ]ν πειρατᾶν ἐπιθ[εμένων
καὶ] κατατρεχ[όντω]ν τὰν χώραν, ἅ[μα δὲ ἐν-
δείας οὔσας δ[ιὰ τὰν] εἰσ[φ]ο[ρ]ὰ[ν μεγίστας(?)
π]αρ[έ]χων ἱκανὸν σ]ῖτον πα[ρ]ὰ πάντα
τὸν χρόνον το[ῖ]ς δεομένοις, [ἀ]ε[ὶ] δὲ φι-
λο]πονῶν ποτὶ τὸν δᾶ[μον οὐδένα
κίν]δυνον οὐδὲ βλάβα[ν] οὐδε[μί]α[ν ἀρνούμε-
νος], ἀλλὰ περ[ὶ πλ]είστου [ποιού]μ[ενος τὸ
συ]μφέρον τοῖς πολ[ίταις, σ]που[δᾶς καὶ εὐ-
νοία]ς οὐθὲν ἐλλείπων [ἐν] τῶι βί[ωι ἅπαντι
πᾶσι] ποτιφέρεται φιλ[α]ν[θρ]ώπως· [ὅπως οὖν
ὁ] δᾶμος φανερὸς [ἦι πᾶσι τ]οῖς [ἐ]ν τᾶι πό-
λι] τῶν τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδ]ρας [τιμᾶν ἐπι-
στάμε]ν[ος καὶ χάριτας αὐτοῖς ἀποδιδόντω
καὶ] καταξί[ω]ς τ[ᾶς ἀρετᾶς· δεδ]όχθαι [τοῖς συνέ-
δροι]ς καὶ τῶι δά[μωι ἐπαινέ]σαι Δ[ιόδωρον Ἡ-
ρα]κλείδα ἐπί [τε τᾶι ἀρετᾶι καὶ τᾶι εὐνοί-
αι], ἃι ἔχων διατελ[εῖ] ποτὶ τ]ὸ[ν δᾶμον, καὶ
στε]φανῶσαι αὐτὸ[ν χρυ]σῶι [στεφάνωι ἀ-
πὸ χ]ρυσῶν ἑκατόν, τὸ δὲ γενό[μενον ἀνά-
λωμα] δότω ὁ ταμί[ας]. καὶ ἀ[ναγορεύεσθαι
τὸν] στέφανον ἐν τ[ε] τοῖς Διο[νυσίοις καὶ Αἰ-
ακ]είοις καὶ [Ῥ]ωμαί[οι]ς [καὶ] θ[ύ]εσθ[αι ὑπὲρ αὐτοῦ τῶι
τ]ε Ἀπόλλωνι [καὶ] τᾶι Ῥώμα[ι. τοὺς δὲ ἐπι-
μελητὰς στάλαν λιθίν[αν ποήσασθαι, ἐν ἃι γρα-
φ]ήσεται τόδε τὸ ψάφισ[μα καὶ ἀνασταθή-
σε]ται εἰς τὸν ἐπιφανέστα[τον τόπον τᾶς
π]όλιος, παρὰ τὸ Ἀπολλών[ιον. τὸ δὲ γενό-
με]νον ἀνάλωμα δότω ὁ ταμίας.

Exemplum repraesentavi Le Basii, cui inserui uncis circumdatas litteras, quas solus praebet Fourmont, nisi quod ex hoc vs. 7 extr., ubi dat ΥΙΟ ΤΟΥ, correxi apertum Le Basii errorem ΥΠΟΥΤΟΥ. — Vs. 9 extr. ΟΙΟΝΟ Fourm. — Vs. 10 de littera uncis inclusa Є Le Bas habet ⊦, porro ΤΕΡΑΤΑΝ et vs. 11 sub fine plenius ΑΝ Fourmont, cuius omnes referre discrepantias non opus.

Aetatem tituli Romanam arguunt celebrata Ῥωμαῖα (quae vs. 32 certa ratione restituit Bechtel) et Romae deae cultus (vs. 33). Sed non admodum recentem esse titulum monstrat dialectus Dorica, ac certe cum vs. 10 sq. piratas verum bellum intulisse dicantur insulae, haec scita esse credendum est, antequam Pompeius hanc pestem coerceret. Praebet quidem titulus accuratam aetatis suae notam, cum vs. 4. 5 honoratus anno sexagesimo quarto munere suo functus esse perhibeatur, sed cuiusnam epochae? Incipere eam ab Achaia in ditionem Romanam redacta, anno 146 a. Chr. n., censuit Boeckh, manifesto utcunque de hac aera iudicas errore, nam Aegina usque ad annum 133 regum erat Pergamenorum, neque cum Foucartio (ad Le Bas II 116a) ullo modo cogitare licet recepisse Aeginetas aeram, quae nihil ad eos attineret. Mihi quidem certum videtur, ab ipso anno 133 Aeginae computatos esse annos, Diodorum igitur magistratum gessisse anno 69 a. Chr. n.: hoc ipso anno (Ol. 177, 3) Athenodorum piratam Delum insulam Aeginae propinquam invasisse, incolas in servitutem abduxisse, sacra foedavisse traditur a Phlegonte ap. Photium cod. 97.

Latitudinem versuum paullo inaequaliorem apparet fuisse. Editorum priorum Le Basii uti exemplo soli contigit Bechtelio, a quo in quibus recesserim indicabo; e Fourmontii apographo vel Boeckhio restitutio satis procedere non potuit. — Vs. 1 extr. ἐτίμασαν addit Bechtel secutus Boeckhium, quod tamen latitudinem scripturae excedit. Neque recte cum praecedentibus coniungunt vs. 2 ἀπὸ συνέδρων κτλ., quae intelligenda sunt: »decretum quod sequitur a synedris et a populo est scitum«. Porro quod scribunt ἐ[πειδὴ nimis longum videtur. — Vs. 8 [ὅλου] Bechtel pro [τοῦ μέν]. — Vs. 9. 10 π]ατέρας [ἑκα]τὸν (ττ. ὀγδοήκοντα Müller) [εἰς τὸν | π]όλεμον [καὶ τῶν] πειρατᾶν ἐπα[γόντων Bechtel, de verbis primis ipse dubitans. — Vs. 12 extr. εἰσ[φ]ο[ρ]ὰ[ν τὰν προτέραν Bechtel cum Boeckhio, qui substantivum quidem perbene agnoverat, sed τ. πρ. nimis longum. — Vs. 13 ὑπ]άρχων mire scribit Bechtel, π]αρ[έ]χων iam Müller. — Vs. 16 sq. ἐ[ξεττάσα[ντο]ς Bechtel. — Vs. 19 sq. [ἐν] τῶι βί[ωι τοῖς δεομένοις; sed ἅπαντι, quod iam praebet Müller, deesse non potest (similiter dictum τῇ τοῦ βίου παντὸς ἀρετῇ in titulo Laconico *Bull. Hell.* 9, 514) et valde displicent verba τοῖς δ. iterata e vs. 14. — Vs. 21 φαντ(ι)ρός sicut vs. 31 ε(ἰ)ν, vs. 36 ἐπιφανί(ε)στατον scribit Bechtel, ubi tradita »in corruptissimo titulo« iam reiecit Ahrens, Dial. II 190, sed posteriora duo nunc confirmata sunt exemplo Le Basiano, cui fides non abroganda esset, etiamsi quod putat Bechtel manifestum esset eum versum vigesimum septimum non ipsum legisse, sed sine indicatione sumpsisse a Fourmontio, quae tamen suspicio valde infirma. — Vs. 22—24 paullo aliter conformavi. — Vs. 26 inserui τε. — Vs. 31 sq. Mülleri Αἰ[ακ]είοις recepi cum Bechtelio (cf. Scholia ad Pindar. Ol. 7, 156, alia). Ac certe aptissimum est ad spatium. — Vs. 32 [καὶ θύ]σθ[αι σωτήρια τῶι, vs. 34. 35 λαθῆ[ν δόμεν, ἐν ᾧ ἀνα]γρ., vs. 35. 36 καὶ σταθήσεται Bechtel. — Versuum ultimorum mutavi divisiones.

3 Le Bas, *Voyage archéologique* II 1746.

```
. . . . . . . .
ΛΟΙϹΠ . . . . .
ΛϹ . Τ . . ΔΕΠ . . . . .
ΦΟΡΟΙ . . Τ . . . .
ΛΛΙ .   ΑΙ . . .

ΝΙΚΟΥΚΥΘΗ
Ν . ΑΜΟΝΔΙ
ΠΟϹ   ΑΙϹΝΕΦΑ
ΥΠΑΡΧΟΙΑΝΑ
ΑΛΛΟΝ
ϹΥ
Χ
ΚΛΛΑΒ
ΙΙΑΧΙΕΙ
ΙΚΙΑ
Ν
```

Vs. 1 ἐν δὲ καὶ ἄλ]λοις(?). — Vs. 3. 4 fere --- τ[οῖς] δὲ π[αραγινομέ]νοις τῶν πολιτῶν σύμ]φορο[ν ἑαυ]τ[ὸν παρέσχε. — Vs. 6—8 fuisse videtur tale quid: δεδόχθαι ἐπαινέσαι τὸν δεῖνα --]ίκου Κυθή[ριον ἀρετᾶς ἕνεκεν ἃς ἔχων εἰς τὸ]ν [δ]ᾶμον δι[ατελεῖ --- κ]αὶ στ[ε]φα[νῶσαι. — Vs. 9 ὑπάρχοι ἀνα-. — Vs. 10 ἄλλον. — Vs. 13 κ[αὶ] λαβ]εῖν(?). — Vs. 15 καὶ εἶμεν αὐτῷ γᾶς καὶ οἰκία[ς ἔγκτησιν.

4 Fragmentum stelae marmoreae, cuius inferior pars insigniter latior erat superiore; ad dextram servatus est margo. A. 0,20. l. 0,22. cr. 0,055 Nunc in museo Atheniensi; Aeginae et in museo fuisse et repertum esse testis est Campanis (apud Cavvadiam, Γλυπτά I p. 32) n. 347: »Θλαστικὸν μαρμάρου ὀλόγραφον (τοῖς ἀλειφομένοις [cf. tituli versus quartum et octavum] κλ. Αἰγ[ίνης]«.

E schedis Virleti *Expédition de Morée* III p. 61 n. 15; inde Boeckh, C. I. G. II add. 2140 a[3] et Le Bas, *Voyage archéol.* II 1694, ille quidem praetervidens titulum iam a se exhibitum esse e schedis Pittakis, qui tribuit Sipnho, C. I. G. II 2423 b. — *Exscripsi* ex ectypo, quod debeo Adolfo Wilhelmo; postea apographum a se confectum misit Prott.

[*Exemplum vide pag.* 5.]

Var. lect. Priorum pravas lectiones praetermitto; Pittakis fortasse paullo pleniorem vidit titulum, cum recte det vs. 3 ΕΙΝΕΚ, vs. 9 extr. ΤΑ, vs. 13 in. ΓΥΜΝΑΣΙ. — Ad vs. 4 extr. adnotat Prott, parvam mediam lineolam sibi videri fortuitam esse, ut Є voluerit lapicida; mihi potius per errorem scriptum esse videtur Є. — Ad versus decimi initium haec adnotat Prott: »*Vor* Є *Rest einer senkrechten Hasta, die kaum etwas Anderes als Iota gewesen sein kann*«, ad versum quartum decimum: »*Vor* Α *wahrscheinlich* Κ; *dann eine etwas schräge Hasta, die kaum Iota gewesen sein kann*«; mihi utroque loco videtur fuisse Ν.

Titulus incipiente primo p. Chr. n. saeculo vix videtur recentior. Supplementa posui, quae argumenta certe patefaciant, in paucis praeeunte Boeckhio. — Vs. 6 in quem sensum adhibitum sit ἐπηλάγχυνεν, quod fuisse in lapide certum duco, non patet.

- - - - - - - - - - - - - - - -
- - - - - - - - - - - - - - - - ἱ]μ τοῦ γυμνα-
σίου - - - - - - - - - - - - σ]πουδὴν ε[ὔ]νουν
- - - - - - - - - - - - κ]αὶ [τ]οῖς ἀλειφομένοι(ς)
- - - - - - - - - - - ἀπαρ]χὴν ἐθυσίασεν τῷ τε Ἑρ-
μῆι - - - - - καὶ - - ἐσπ]λάγχνευσεν, πάντας δὲ
- - - - - - - - ἐθ]οίνησε τοὺς ἀλειφομένους καὶ
παρέχων ἀφειδῶς π]άντα τοῖς ἀλειφομένοις παρ' ὅλ-
ον τὸν ἐνιαυτὸν καὶ π]ροσεπιφέρων τὰ προσενλείποντ[α
τὴν μεγαλομέρειαν φαν]ερὰν ποεῖ, βουλόμενος ἐ[πι-
δεικνύειν τὴν ἑαυτοῦ] εὔνοιάν τε καὶ ἐκτεν[ῆ
φιλανθρωπίαν πλήθει εὐεργ]εσιῶν, καὶ μὴ εὑρισκομέ-
νου μηδενὸς βουλομένου γυμνασι]αρχῆσαι τὸν ἐπὶ
τοῦ δεῖνος ἐνιαυτὸν ἐπέστη ἑκὼν] καὶ τῆς τε τοῦ γυμνα-
σίου εὐκοσμίας καὶ τῆς θε]ραπείας τῶν ἀλει-
φομένων σπουδαίως ἐπεμελήθ]η, παρασχὼν τό τε
ἔλαιον - - - - - - -]α τῆς ἑορτῆς τῆι
- - - - - - - - - - - - - ἐγενήθη ἡ α.-
- - - - - - - - - - - - - ως δὲ κ[αὶ

5 Le Bas, *Voyage archéologique* II 1745.

ΑΙ ΣΙΟΧΟΥΙ
ΤΟΤΡΙΚΛΕΙΝΟΝ
ΜΕΝΟΝΟΙΚΟΝ
ΣΕΙ ΛΟΝ
ΟΔΟΜΗΘ
ΜΟ.ΝΤ..Ο
ΚΑΙΤΩ Γ
ΙΛΛ ΑΙ
ΘΟΥΠΟΛ
ΓΡΑΜΜΕΙ
ΟΡΕ

Vs. 1 Γνη- vel Στη]σιόχου(?). — Vs. 2. 3 supplementa addo exempli gratia: κατεσκευάσα]το τρίκλεινον [ἀγάλμασι κεκοσμη]μένον οἶκον, cf. Pollux 1, 79 (μέρη δ' οἰκίας) οἶκος τρίκλινος, πεντάκλινος ἢ δεκάκλινος. — Vs. 5 ᾠκ- vel οἰκ]οδομηθ-. — Vs. 7 καὶ τῷ. — Vs. 8 ἀλ[λ]ά(?). — Vs. 10 γε]γραμμέ[νον. — Vs. 11 ἀναγ]ορε[ύειν(?).

Videtur esse de decreto honorario, fortasse thiasi alicuius.

2. DEDICATIONES.

6 Tabula lapidis cani, iacens in ascensu montis Ὄρος vocati prope aediculam ruinosam τοῦ ἁγίου Ἀρχαγγέλου (i. e. Sancti Michaelis) e lapidibus antiquis aedificatam, de qua conferas Bursian, *Geographie von Griechenland* 2, 84 sq. Titulus scriptus est in margine super planitiem non laevigatam elato; margo superior instructus est canaliculo. A. 0,68—0,70. L. 1,31. cr. 0,46.

E schedis Fourmonti Osann, Sylloge II 66. Stackelberg, *Apollotempel zu Bassae* p. 107. Boeckh, C. I. G. II 2138 (usus Gellii apographo et in Addendis p. 1110 Prokeschii). Mustoxydes, Ἰόνιος Ἀνθολογία I (1834) p. 51. Leake, *Transactions of the R. society of Litterature* II (1834) p. 380. *Expédition de Morée* III tab. 46 n. 4. Rangabé, *Antiquités Helléniques* I (1842) n. 33 e schedis Prokeschii. Le Bas, *Voyage archéol.* II 1675, tab. 6 n. 5. About, *Archives des missions scientifiques* III 553. R. Schöne, Hermae vol. 5 (1871) p. 308 e schedis Rossii. (Cf. G. Hirschfeld, ibid. 469 et *Archäol. Zeitung* 30 (1872) p. 19, tab. 60, 4.) Röhl, Inscr. antiq. 352 (usus Gustavi Koertei schedis; iterat Röhl, Imagines p. 79 n. 2). Loewy, *Inschriften griech. Bildh.* 448 ex apographo Ioannis Schmidtii, quem confer *Athen. Mitth.* 6 (1881) p. 360. (Cauer, Delectus² n. 65. Bechtel, *Dialektinschr.* 3408.) Cf. Roscher, Lexicon mythol. I 127, 1. Fick, *Götting. gel. Anz.* 1883 p. 124. *Exscripsi* et confeci ectypum. Imaginem repraesento ad decimam partem verae magnitudinis redactam.

[*Exemplum vide pag. 6.*]

Aliorum sententiis respectis, quae in lapide ipse observaverim simpliciter exponam. Tabulam nostram texisse aram testis est canaliculus, ut id quod se fecisse confitetur Hablio nil nisi ipsa ara esse possit. Ante K nihil unquam scriptum erat; quae reliquiae litterarum hic videri esse possunt, meras esse laesiones elucet e comparatione locorum aliorum, in quibus, quamquam multo magis adesi sunt, scriptura, quae valde erat profunda,



Καλλιάδας Ἀβλίων ἐποίησε Ἀλτίλλου.

tamen remansit clara. In vocabulo Ἀβλίων Lambda est certum; linea, quae cernitur ad sinistram litterae quintae quaeque litterae Ypsilon procreat speciem (V), mihi videbatur fortuita esse. Post ΕΠΟΙΕΣ spatium satis magnum erat vacuum, quia manifesto lapis iam cum inscribebatur hoc loco profunde erat adesus. Ultimae vocis litterae certae omnes, nisi quod ambigi potest inter -ίλλου et -ίμου; sed cum spatium interiectum esse inter duo Λ sit certissimum, non est credendum, My voluisse lapicidam. Neque post ΤΙΛΛΟ neque in margine summo deprehenditur vestigium scripturae.

---

7 Columna iacens eodem loco quo n. 6, quam muro aediculae τοῦ ἁγίου ἀναργύρου inaedificatam anno 1832 reperit G. Finlay. Supra est foramen quadratum, cui inmissa erat basis donarii. L. 1,52; diam. 0,53—0,67.

Leake, *Transact. of the R. society of Litt.* II (1834) p. 380 e Finlayi et Wordsworthi apographis. Mustoxydis, Ἰόνιος Ἀνθολογία I (1834) p. 48. Welcker, Museum Rhenanum 1834 p. 304. Wordsworth, *Athens and Attica* (1836) p. 272. *Expédition de Morée* III tab. 46 n. 5 e schedis Virleti. Boeckh, C. I. G. II add. 2138*d*, usus litteris Prokeschii; ex eiusdem apographo Rangabé, *Antiquités Helléniques* I n. 34. About, *Archives des missions scientifiques* 3 (1854) p. 554. Le Bas, *Voyage archéol.* II tab. VI n. 6. Röhl, Inscr. antiq. 354 et Imagines p. 60 n. 3, usus apographo Gustavi Koertei. Loewy, *Inschr. griech. Bildh.* 410 ex apographo Ioannis Schmidtii. Cf. G. Hirschfeld, *Archäol. Zeitung* 30 (1872) p. 20; I. Schmidt, *Athen. Mitth.* 6 (1881) p. 360 n. 70. (Kaibel, Epigrammata 761. Cauer, Delectus[2] 66. Bechtel, *Dialektinschr.* 3409. Cougny, Anth. Pal. III 1, 64. E. Hoffmann, Sylloge epigr. 315. Roberts, *Introduction to Greek epigraphy* 122. Michel, *Recueil d'inscr. Grecques* 1138.) *Contuli* lapidem et confeci ectypum. Imaginem repraesento ad quintam decimam partem verae magnitudinis redactam.



Prokesch Boeckhio quintum indicaverat versum ΕΠΟΙΕΣΕ, qui neque extat neque extabat, quamquam Schmidt litteras in lapide sibi non conspicuas cernere credidit in ectypo.

Ὃς τόδ' ἄγαλμ' ἀνέθηκε, | Φιλόστρατός ἐστ' ὄνυμ' αὐτῶι· | πατρὶ δὲ τωι τήνου Δαμο|φῶν ὄνυμα.

---

8 Fragmentum lapidis pori infra incolume, repertum Aeginae, a Bludoff legato Russiae a. 1865 donatum societati archaeologicae Atheniensi, e cuius inventario (n. 200) excripsi: in hoc adiectum est a Cumanude: »Πρβλ. ἐν ἄλλο τεμάχιο ἐπιγραφῆς τοιαύτης παρὰ τῷ *Ross in Archäol. Aufsätze* I σελ. 243 [i. e. titulus noster n. 9]«; sed non esse eiusdem lapidis litterarum altitudine monstratur longe diversa. Nostrum enim in museo Atheniensi invenit Prott, qui misit ectypum. A. 0,10. l. 0,17. cr. 0,118. Litterae exhibentes coloris rubri residua a. 0,03.

E spatio ad sinistram vacuo verisimile est nos tenere initium tituli. Οἰν- fuerit de nomine dedicantis.

9 Fragmentum lapidis pori, repertum in ruinis templi Minervae, ubi exscripsit Ross, qui edidit *Kunstblatt* 1837 p. 321 = *Archäol. Aufsätze* I p. 243, adnotans litteras aequare longitudinem digiti. (Röhl, Inscr. antiq. 367, usus diario Rossii, in quo et ipse vidi. Roberts, *Introduction to Greek epigraphy* 129, V.)



Lectio incerta. »Μ]ειδί[ας], [Φ]ειδι[ππος sim.« Röhl.

10 Ara parva, supra et infra cymatio ornata; latus superius paullulum cavatum. A. 0,10. l. 0,06. cr. 0,07. Aeginae in domo quadam. *Exscripsi.*

Ἥρων
Περ(γ)ά[μ]ωι.

Non video quomodo versum alterum interpretari velis, nisi unam litteram per lapicidae neglegentiam omissam esse censeas. Aetati dominationis Pergamenae conveniunt litterarum formae, atque tunc temporis Pergamum heroa, de quo exposui ad inscriptionem Pergamenam n. 289, Aeginae cultum esse consentaneum est, praesertim cum Pyrrhi filius, Achillis creditus sit nepos, origo igitur eius ducta sit ab Aeaco, Aeginae nymphae filio, quem in insula cultum esse constat, vide supra ad n. 2 vs. 31 sq. Aram nostram aut in Aeaci aut in Attali regis delubro (vide n. 1 vs. 46) putaverim collocatam fuisse.

---

11 Le Bas, *Voyage archéologique* II 1683.

ΔΙΙΚΑΙΑΘΗΝΑΙ
ΤΕΜΙΔΙ ΝΙΚΕΤΟΥ

Διὶ καὶ Ἀθηνᾶι [καὶ
Ἀρ]τέμιδι Νικ[ή]του
[χαριστήριον].

Restitutionem proposui.

---

12 Ara parva rotunda marmorea, ornata sertis. a. 0,16. diam. 0,11—0,13. Athenis in museo publico.

Heydemann, *Marmorbildwerke zu Athen* n. 761. Sybel, *Skulpturen zu Athen* n. 3712.

ΔΩΡΟΝ

Δῶρον scilicet »deo oblatum«, ut e. g. C. I. Att. II 1571*b* (p. 351); *Bull. de corr. Hell.* 21 (1897) p. 130 n. 15, p. 132 n. 17, p. 134 n. 23. Omissum est nomen eius qui dedicavit adicere in ara quae praeter id perfecta apud marmorarium prostiterat.

---

13 Aeginae in prima carceris (olim orphanotrophei) area. Basis quadrata marmoris alba, cum foramine magno rotundo ad inmittendam statuae plinthidem. A. 0,78. l. 0,72. cr. 0,78.

Campanis p. 11 n. 2. *Expédition de Morée* III p. 62 n. 25 e schedis Trézelii. (Boeckh, C. I. G. II add. 2140*a* 9. Le Bas, *Voyage archéol.* II 1709.) *Contuli.*

ΧΑΡΙΚΛΕΙΑΑΡΙΣΤΟΚΛΕΙΔΟΥ
ΦΟΙΝΙΣΣΑ ΕΡΙΤΙΜΟΥ
ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΣΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ

Var. lect. Vs. 1 in. Κ Trézel; Χ recte Le Bas, sed non eum vidisse lapidem arguit Alpha litterae forma Α, quam retinet.

Χαρίκλεια Ἀριστοκλείδου,
Φοίνισσα Ἐριτίμου,
Καλλίμαχος Καλλιμάχου.

---

3. TITVLI HONORARII.

14 Basis quadrata marmoris caerulei, a. 0,86. l. 0,52. cr. 0,47. Aeginae in domo Βαρβία, ubi reperta est. In latere superiore vestigia statuae.

Iriotis, Ἀρχαῖαι ἐπιγραφαὶ Αἰγίνης (Πρόγραμμα τοῦ ἐν Αἰγίνῃ ἑλληνικοῦ σχολείου 1892—1893) p. 16. (Wolters, *Athen. Mitth.* 18, 1893, p. 335.) *Exscripsi.*

ΟΔΗΜΟΣ
ΓΑΙΩΙΝΩΡΒΑΝΩΙ
ΦΛΑΚΚΩΙ
ΤΩΙΕΑΥΤΟΥΠΑΤΡΩΝΙ
ΚΑΙΕΥΕΡΓΙ//ΕΤΗΙ

Ὁ δῆμος
Γαΐωι Νωρβανῶι
Φλάκκωι,
τῶι ἑαυτοῦ πάτρωνι
καὶ εὐεργέτηι.

Vix dubium est quin honoratus sit C. Norbanus Flaccus is, qui consul a. u. 716 aliquanto post pugnam Actiacam Asiae praefuit (cf. Prosopographia imp. Romani II p. 415 n. 435; Waddington, *Fastes* n. 50): Aeginae moratus esse aut proficiscens in provinciam suam aut ex ea decedens est credendus.

---

15 *Expédition de Morée* III p. 61 n. 18 e schedis Virleti. (Boeckh, C. I. G. II add. 2140*a* 4.) Le Bas, *Voyage archéologique* II 1700*a*.

ΟΡΑΚΑΙΣΑΡΑΛ̄ΑΥΡΗΛΙΟΝΒΗ
-ΟΥΣΙΑΣΤΟΔ̄ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΤΟΒ̄Υ
\ΔΡΙΑΝΟΥΥΙΩΝΟΝΘΕΟΥΤΡΑΙΑΝΟΥΠΑΡ

Varia lectio Virleti: vs. 1 deest Λ̄ || vs. 2 extr. ΤΟΚ, omissa littera ultima Υ || vs. 3 extr. ΠΑΓ.

Αὐτοκράτ]ορα Καίσαρα Λ(ούκιον) Αὐρήλιον Βῆ]ρον Σεβαστὸν Ἀρμενιακὸν δημαρχικῆς ἐξ]ουσίας τὸ δ', αὐτοκράτορα τὸ β', ὕπατον τὸ β', θεοῦ Ἀντωνείνου υἱόν, θεοῦ Ἁ]δριανοῦ υἱωνόν, θεοῦ Τραϊανοῦ Παρ[θικοῦ ἔκγονον ...

E Le Basii exemplari corrigi potuit restitutio Boeckhii. — Annus tituli est 164 p. Chr. n.

16 Le Bas, *Voyage archéologique* II 1700.

	- - - - - - - - -
ϽΝϹ	θεοῦ Ἀντωνίνου υἱωνὸ]ν, [θε-
ΟΝΟΝΘΕϹ	οῦ Ἀδριανοῦ ἔγγ]ονον, θεο[ῦ
ΡΟΥΑΑΓ	Τραϊανοῦ καὶ θεοῦ Νέ]ρουα ἀ[πό-
ΗΜΟϹ	γονον, ἡ βουλὴ καὶ ὁ δ]ῆμος.

Sic haec restituenda esse videntur e spatii ratione, ut designetur imperator Commodus.

---

17 Aeginae in portu, ubi inserviebat ad naves adligandas, a. 0,30. l. 0,70. *Expédition de Morée* III p. 61 n. 17 e schedis Virleti. (Boeckh, C. I. G. II add. 2140 *a* 3. Le Bas, *Voyage archéol.* II 1701.)

ΑΥΤΟΚΡΑΓΟΡΑΚΑΙ
ΣΑΡΑΜΑΥΡΗΛΙΟΝ
ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΝϹΕΒΑϹΤΟΝ
ΔϹΕΠΤΙΥΙΟΥΙΟΥΝΡΟΥ⸓
ΠΘΒΤ

Αὐτοκράτορα Καί-
σαρα Μ(ᾶρκον) Αὐρήλιον
Ἀντωνῖνον Σεβαστὸν
θεοῦ] Σεπτι[μ]ίου υἱόν, θ[εο]ῦ [Ἀν-
[τωνίνου υἱωνόν κτλ.

Vs. 4. 5 »non intelligo. Vs. 4 conicias Σεπτι[μ]ίου [υἱὸ]ν, ut titulus referatur ad Caracallam: sed videtur potius aliud inesse« (Boeckh). Mihi quidem certa videtur restitutio; vs. 4 Virlet, cuius non hic solus titulus arguit socordiam, pro ΥΙΟΝΘΕΟΥ praebens ΙΟΥΝΡΟΥ ordinem tantum turbavit litterarum, lecto pro Ε, quod in lapide detrito facile fieri potuit, Ρ et iuxta Θ omisso Ο.

---

18. 19 Tabula marmorea in partes duas fracta, a. 0,18. l. 0,62. cr. 0,55. Reperta dicitur a. 1829 in templo Veneris, nunc est in carceris Aeginetici (olim orphanotrophei) area altera. In parte antica titulus n. 18, in latere sinistro n. 19.

N. 18 *Expédition de Morée* III p. 61 n. 13 ex apographo Trézelii, C. Lenormanti, Virleti. Le Bas, *Voyage archéol.* II 1695.

N. 19 *Expédition de Morée* III p. 61 n. 14 bis repraesentatus, ex apographo et Lenormanti et Virleti. Le Bas, *Voyage archéol.* II 1702.

Titulus n. 19 *a*, qui deest in opere de Expeditione Moreotica, e schedis Pittakis editus est a Boeckhio, C. I. G. II add. 2140 *a* 5 (ubi e schedis iisdem et ex Expeditione etiam n. 18 et 19) et a Le Basio, *Voyage archéol.* II 1693. *Exscripsi n. 18 et 19.*

18 ΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗΜΟΣ
ΝΕΙΚΟΣΤΡΑΤΟΝΕΠΑΦΡΟΔΕΙΤΟΥ
ΥΙΟΝΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΕΝ

19 ΤΟΝΜΕΓΙϹΤΟΝΚΑΙΘΕΙΩΤΑΤΟΝΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΜ
ΙΟΥΛΙΟΝΙΙ///////////////Ε///ΙΕΥΤΥΧΗϹΕΒΑϹΤΟΝ
ΗΙΕΡΑ ΠΟΛΙϹ ΑΙΓΕΙΝ ΩΝ

19 *a* ΗΙΕΡΑΠΟΛΙΣΑΙΓΕΝΗΤΩΝ

Var. lect. N. 19 vs. 1 ΘΕΙΟ priores, sed Ω vitiose scriptum in lapide ‖ vs. 2 ΙΟΥΛΙΟΝΦ............ϹΕΒΗΕΥΤ etc. Le Bas, ΙΟΥΛΟΠ... Virlet, ΙΟΥΜΟ... Lenorm. ‖ vs. 3 ΑΙΓΕΙΝΕΩΝ Le Bas, ΑΙΓΕΙΝΗΤΩΝ Pitt. et Lenorm., ΑΙΓΟΝΙΤΩΝ Virlet.

18 Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος
Νεικόστρατον Ἐπαφροδείτου
υἱόν, ἀρετῆς ἕνεκεν.

19 Τὸν μέγιστον καὶ θει(ό)τατον αὐτοκράτορα Μ(ᾶρκον)
Ἰούλιον [Φ]ί[λιππον εὐσ]ε[βῆ], εὐτυχῆ, Σεβαστὸν
ἡ ἱερὰ πόλις Αἰγειν[ητ]ῶν.

19 *a* Ἡ ἱερὰ πόλις Αἰγε[ι]νητῶν

Nicostrati statua (n. 18) postea imperatoris Philippi personam (n. 19) agere iussa est. Titulus n. 19 *a*, cum a Le Basio e Corpore inscriptionum cum petitum esse appareat, solius Pittakis nititur fide, atque multo verisimilius est hominem neglegentissimum tituli n. 19 versum tertium casu quodam in schedis suis iteratum pro tertio titulo vendidisse, quam litteras, quae in latere lapidis dextro collocatae sint, et a Gallis et a me esse praetermissas.

N. 19 versum alterum supplevit Boeckh, recte sine dubio, nam quamquam de littera Φ, quam post editam Boeckhii restitutionem cernere totam sibi visus est Le Bas, ex hoc testimonio minime constat, tamen in verbum Φίλιππον optime quadrant et vestigia et spatium, atque eiusdem imperatoris nomen sicut in titulo nostro consulto erasum praebent tituli Latini, vide Dessau, Inscr. Lat. selectae I 505. 508. 509. — Vs. 3 Le Basii lectio Αἰγινέων, quod in lapide non fuisse certo monstrat lacunae spatium non uni sed duabus litteris aptum, timeo ne profecta sit a Stephano Byzantio s. v. Αἴγινα· ὁ πολίτης Αἰγινεύς, ὡς Στράβων, quae verba pendent e prava lectione apud Strabonem p. 398 *C* Αἰγινεῖς pro Αἰγιαλεῖς; cf. notam Meinekii ad Steph.

20—23 Fragmenta quattuor, in loco sub nosocomio sito, qui *Vardia* dicitur, in muris.

N. 20—23 Le Bas, *Revue archéol.* 1844 p. 103; n. 20—22 idem, *Voyage archéol.* II 1698.

20	21	22
ΛΙΩΙΙΚΑΙ	ΝΠΑΝΤΑ	ΧΙΕΡΕΑ
ΘΕΤΗΝ Τ	ΙΑΒΙΟΥΤΟ	ΕΒΑϹ
ΝΤΙΠΑΤΡΟΝ	ΑΙ⁻ΡΟΦ	
ΛΙΚΑΙΙΟΒΑΙ		23
ΙΥΕ		ΡΙϹ

Var. lect. N. 20 vs. 1 ΛΙΩΙϹΛΛΙ *Revue.*

20 Vs. 1 - σ]ίω[ν] (sive ἐκ τῶν ἰδ]ίω[ν]) καὶ; vs. 2 ἀγωνο]θέτην; vs. 3 Ἀ]ντίπατρον.
21 Vs. 1 - ν πάντα; vs. 2 δ]ιὰ βίου τό; vs. 3 κ]αὶ [π]ροφ[ασιν οὐδεμίαν(?).
22 ἀρ]χιερέα | [Σ]εβαστ[ῶν.

Quot lapidum haec sint fragmenta, diiudicari nequit. N. 21 fuisse etiam potest decretum; n. 23 plane ambiguum.

---

24 Basis magna marmoris albi, a. 1,27. l. 0,31. cr. 0,36, supra et infra cymatio ornata. Aeginae, in area altera carceris. *Exscripsi.*

Δ ΣΑΙΓΕΙΝ////
//////////////////////////////
Ε//////////////////////////////
//////////////////////////////
Ψ Β

Ὁ] δ[ῆμος] Αἰγειν[η-
[τῶν - - - - -
- - - - - - -
- - - - - - -
ψ(ηφίσματι) β(ουλῆς).

Quin eundem titulum exhibeat Le Bas, *Voyage archéol.* II 1692, vix est dubitandum»

.....Α..ϹΑΙΓΕΙΔ
Ε....Ω
Δ
Ψ Β

---

25 Le Bas, *Voyage archéologique* II 1691.

ΚΑΙΟΔΗΜΟϹ — Ἡ βουλὴ] καὶ ὁ δῆμος.

26 Lapis inaedificatus turri a Venetis prope portum exstructae. Infra tituli antiqui reliquias inscriptio a. MDCXCIII insculpta.
Chandler, *Travels in Greece* cap. IV p. 15. (Müller, Liber Aegineticorum 195. Boeckh, C. I. G. II 2141. Le Bas, *Voyage archéol.* II 1690.)

Ο ΔΗΜΟΣ — Ὁ δῆμος.

---

27 Aeginae in demarchio. Tabulae marmoreae fragmenta duo contigua, quorum margo superior et inferior servatus, a. 0,44. l. 0,44. cr. 0,005. Litterae versuum primi et secundi a. 0,06, tertii 0,07—0,03. *Exscripsi.*



δυνα(?)]μεταπο-
κατὰ τὴ(ν) Ἀσίαν
ἔτε]σιν κ' (?) Θεμιστ- (s. Θεμιττ-).

Monendum est quater pro Λ scriptum esse λ, verisimiliter igitur in versu secundo II pro H est sumendum. Rationem tituli litteris permagnis eleganter exarati non perspicio, sed videtur esse honorarius. Aeginae eum repertum esse non constat.

28 Repertum Aeginae in litore, sub fine fossae a »templo Veneris« ductae. A. 0,40. l. 0,68.

Expédition de Morée III p. 61 n. 16 ex apographo Trézelli et Virleti. Inde et e schedis Pittakis Boeckh, C. I. G. II add. 2143*f*. Le Bas, *Voyage archéol.* II 1687.

ΗΛΙΟCΔΙΟΝΥCΙΟC	Αὐρ[ήλιος Διονύσιος
ΠΑΤΗΡ	πατήρ.
\ΙΟCΔΙΟΝΥCΙΟC	Αὐρή]λιος Διονύσιος
ΔΗΜΟΘΟΙΝΗCΑC	δημοθοινήσας.

Var. lect. Vs. 1 in. ΙΛΙΟC *Expéd.* Pitt., unde vs. 1 et 3 Α]ἴλιος scripsit Boeckh.

Subscriptum id erat statuis patri et filio coniunctim positis, illi certe ideo, quod pecuniam ad largitionem filio dederat.

---

4. TITVLI CLERVCHORVM ATTICORVM.

(Cf. etiam n. 67. 72.)

29 Aeginae in museo stela marmorea reperta in portu satis longe ante a. 1893. Locus modo tituli diligentius levigatus. A. 0,66. l. 0,225. cr. 0,17. Litterae a. 0,015—0,02.

Iriotis, Ἀρχαῖαι ἐπιγραφαὶ Αἰγίνης p. 8 n. 4. Ectypum et delineationem debeo Prottio. Repraesento imaginem ad quintam partem verae magnitudinis redactam.

[Ἅ]ορος
τεμένους
Ἀθηναίας.

30 Stela marmorea, a. 1,10. l. 0,23. cr. 0,175. Litterae a. 0,035 (Θ: 0,015). Reperta est a. 1888 recta in solo, sustenta lapidibus rudibus, eodem loco, ubi antiquitus collocata erat, Ἀσώματον dicto, qui in itinere ad Minervae templum situs ab urbe dimidiam fere horam abest. Nunc in demarchio.

Δελτίον ἀρχαιολογικόν 1888, 36. (S. Reinach, *Revue archéol.* 1888, XI, 361; id., *Chroniques d'Orient* 1883—1890 p. 448. Harrison, *Journal of Hellenic studies* 9, 1889, 132.) Wolters, *Athen. Mitth.* 14, 1889, 115. Cf. Iriotis, Ἀρχαῖαι ἐπιγραφαὶ Αἰγίνης p. 8 adn. 8. *Exscripsi* et ectypum confeci. Repraesento ad quintam partem verae magnitudinis redactam.

Ὅρος
τεμένους
Ἀθηναίας.

Vs. 1 ϝορος dat Δελτ.

31 Tabula marmoris Pentelici inaedificata Aeginae aediculae S. Athanasii, quae a Minervae templo eunti ad urbem quartam fere horae partem abest. Altitudo lapidis 1,6, inscriptionis 0,11, litterarum 0,04. In inferiore lapidis parte titulus extat novicius, referens de aediculae, quae vetustissima est, constructione mutata.

Expédition de Morée III p. 59 n. 8. (Boeckh, C. I. G. II add. 2138c.) Wordsworth, *Athens and Attica* alterius editionis p. 327. Ross, *Kunstblatt* 1837 p. 321 = *Archäol. Aufsätze* I p. 244. Le Bas, *Revue archéol.* 1844, p. 100; id., *Voyage archéol.* II 1676, tab. VI n. 8. Kirchhoff, C. I. A. I 528 ex apographis Rossii et Schoellii, IV p. 123 ex apographo Lollingii, quod repraesentamus.

Ὅρος
τ[εμένους
Ἀθηναίας.

Var. lect. Vs. 1 HOPOΣ Le Bas, *Voyage*; litteram ultimam plenam Σ dat Ross. || vs. 3 AΘANAIAS Le Bas, *Revue*.

32 Stela Aeginae in ecclesia τοῦ Ἁγίου Χαραλάμπους, quae in Παλαιᾷ χώρᾳ in collis Δραγονέρα dicti ascensu ad orientem spectante sita est, supra portam. A. 1,0. l. 0,235. cr. 0,175; litterarum altitudo fere 0,025.

Ludovicus Dupré pictor lapidem a. 1820 apportavit e Graecia, ut quidem Lenormant refert Aegina, ut Le Bas Rhenea. Quorum illud fide multo dignius; monstravi enim in universum iusto leviorem fuisse Le Basium in tribuendo titulos sepulcrales Rheneae, ad quod accedit, quod in catalogo antiquitatum Raifei p. 125 n. 961 perhibetur, urnam plumbeam repertam esse Aeginae in eodem sepulcro, cui lapis noster impositus esset.

† **129** Aeginae in demarchio. Stela marmorea in superiore et inferiore parte mutila, a. 0,37. l. 0,28. cr. 0,075. Repraesentatur iuvenis sedens, qui solo himatio vestitus sinistra sellae innititur, dextra tenet aliquid quod fractum est.

Expédition de Morée III p. 31 n. 1 et Le Bas, *Inscriptions recueillies par la commission de Morée* 5 p. 139 n. 198 e schedis Virleti. Boeckh, C. I. G. II add. 2322 *b* 77 e schedis Pittakis. Le Bas, *Voyage archéol.* II 2011. *Exscripsi.*

Λ Ι Κ Ι Ν Ο Σ Η Ρ Α///	Λίκινος Ἡρα[ίου]·
Χ Α Ι Ρ Ε//	χαῖρε.

Var. lect. ΑΙΚΚΝΟCΗΡΑΙC Virl.; falso ΑΙΚ Pitt., ΑΙΚΙΝΝ Le Bas.

† **130** Athenis in museo (n. 1273). Anaglyphum marmoreum, sub quo titulus, a dextra et in summa parte fractum, a. 0,66. l. 0,57. Repraesentatur mulier sedens, iuxta quam stat parva puella; dextram porrigit mulieri stanti.

Expédition de Morée III p. 34 n. 14 et Le Bas, *Inscriptions recueillies par la commission de Morée* 5 p. 147 n. 211 e schedis Virleti. Boeckh, C. I. G. II add. 2322 *b* 29 e schedis Pittakis. (Le Bas, *Voyage archéol.* II 1957.) Pervanoglu, *Grabsteine* p. 65 n. 55. Heydemann, *Marmorbildwerke zu Athen* 498. Sybel, *Skulpturen zu Athen* 564. *Exscripsit Prott* et misit ectypum.

Μ Α Α Ρ Ο Ν /////	Μααρων - -
Ν Α Ξ Ι Α /////	Ναξία - -

Vs. 2 sub fine cernitur etiam *ν*, quod num fortuitum sit, incertum est; certe quod lectum est, non fuisse adnotat Prott.

† **131** Aeginae in demarchio lapis a. 0,43. l. 0,39. cr. 0,21. In area cavata repraesentatur vir vestitus stans. Infra est titulus. *Exscripsi.*

ΑΡΚΟCΠΑΡΟΥ	Μᾶ]ρκος Πάρου.

132 Stela cum aetomate reperta a. 1830 in litore haud procul a loco Κολόνα dicto, ubi templum Veneris fuisse dicunt.

Boeckh, C. I. G. II add. 2143 *l* e schedis Pittakis, qui ipse edidit Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. 1856 n. 1911. (Rangabé, *Antiquités Helléniques* II 2471. Le Bas, *Voyage archéol.* II 1732.)

Μ Α Χ Α Λ Ι Α	Μαχαλία
Δ Ι Ο Ν Υ Σ Ι Ο Υ	Διονυσίου·
Χ Α Ι Ρ Ε	χαῖρε.

Μα[τ]χαλία suspicatur Boeckh.

133 In columna exsculpta est amphora et supra eam, si fides imagini, aquila. Titulus in summa columnae parte conlocatus est supra cymatium.

E schedis Fourmonti Caylus, *Recueil d'antiquités* VI p. 196, tab. 60, 3. (Car. Müller, Liber Aegineticorum 188 adn. *e*. Boeckh, C. I. G. II 2143.)

Μ Ε Λ Η Σ . . . Δ Ρ Ο Σ . . . . /

Π Λ Λ Η Ν C Υ Σ Φ Λ Μ Ο

Μέλης [Ἀν]δρο[Σωσίδ]α(?).

Π[α]λληνε[ὺ]ς Φαιο - - - -

Μελάν[αν]δρος | Π[α]λλην[ε]ὺς Φαιο[κλέους Müller, sumens Π. esse demoticum Atticum, quod non prorsus se repudiare dicit Boeckh. At ut taceam de patris nomine mire postposito, plane neglexerunt et Boeckh et Müller vestigia scripturae sub fine versus prioris indicata. Lapis erat mortuorum duorum; Μέλης est C. I. A. II 3946. 3998, fuisse non minus potest Μελάν[αν]δρος [Κλέ]α (sive brevis genetivus alius in *α* desinens). Ultimum nomen emendari posse Φα[ν]ο - - adnotavit Boeckh.

134 Cippus aediculae formam exhibens insertus erat muro domus Canaris.

Expédition de Morée III p. 62 n. 26 e schedis Virleti et Trézelii. (Boeckh, C. I. G. II add. 2140 *a* 8.) Le Bas, *Voyage archéol.* II 1723.

Μ Ε Ν Ε Μ Α Χ Ο Σ	Μενέμαχος
Δ Ι Ο Ν Υ Σ Ι Ο Υ	Διονυσίου·
Χ Α Ι Ρ Ε	χαῖρε.

Var. lect. Vs. 3 Α Le Bas, sed incertum num viderit titulum.

135 In sepulcro dimidium fere horae ab urbe ad septentrionem. Festinanter *descripsit Prott.*

Ζ Ω C Ι Μ Ν Η	Ζῶσι. Μν[ήμη] s. Μν[τ]-
Є Τ Ω Ν Λ	ἐτῶν λ',
Ν Ι ΚΟΚΡΑΤCΙΑΣ	Νικοκράτεια Σ - -

† **136** Olim Aeginae in museo, nunc Athenis (n. 1322). Stela marmoris albi cum aetomate et acroteriis. A. 0,82. l. supra 0,31, infra 0,40. Repraesentantur figurae quinque: ad sinistram sedet mulier tenens infantem; in scabello adstat puer maior; sequitur vir stans et mulier sedens altera, iuxta quam servula.

Expédition de Morée III p. 36 n. 34 et Le Bas, *Inscriptions recueillies par la commission de Morée* III p. 163 n. 231 e schedis Virleti. Boeckh, C. I. G. II add. 2322 *b* 32 e schedis Pittakis. Le Bas, *Voyage archéol.* II 1961. Pervanoglu, *Grabsteine* p. 49 n. 6. Kekulé, *Theseion* 256. Sybel, *Skulpturen zu Athen* 553. *Exscripsit Prott*

a b

Μ Υ Ρ Σ Ι Ν Η Ε Τ Ο Σ Α Β Ε Ι Π Υ Ρ

////Η Ι Α Δ Ε Κ Μ Ο Υ Ρ Ο Υ Α Π Α Μ Ι Σ

///Ω Μ Α Ι Α Α Δ Ε Λ Σ Α Χ Ρ Η Σ Τ Η

> Η Δ Ε Κ Ο Ι Ν Τ Ο Υ Χ Α Ι Ρ Ε

Λ Υ Φ Ι Δ Ι Ο Υ Κ Α Σ Ι Ο Δ Ω Ρ Ο Υ

/ Ρ Η Σ Τ Η Χ Α Ι Ρ Ε

Var. lect. Vs. 1 in. ΜΥΡΣ (sic etiam Pitt.) omittit Kek. .ΥΡΣΕΙΝΗΕΤΟ Le Bas, ΥΡΣΙΝΗC.ΤΟ Virl. || vs. 5 in. . . ΛΙΟΥ Kek. ΦΙΔΙΟΥ Virl. ΑΧΑΙΔΙΟΥ Pitt. . . ΗΔΙΟΥ Le Bas.

a	*b*
Μυρσίνη Ευο-	Σαβεί(νη) Πύρ-
. νία Δέκμου	ρου Ἀπάμισ-
Ῥωσκία, ἀδελ-	σα, χρηστή·
φὴ δὲ Κοΐντου	χαῖρε.
5 Αὐφιδίου Κασιοδώρου,	
χ]ρηστή· χαῖρε.	

a vs. 1. 2 fortasse inest error lapicidae pro Ἐν(ε)|[ρ]νία, quod nomen mihi suppeditavit Dessau.

b vs. 1 Σαβει potius non plene scriptum quam nomen barbarum.

137 Aeginae in museo herma, cuius caput desideratur, e marmore Pentelico facta. A. 0,48. l. 0,29. cr. 0,18. *Delineavit* Prott et misit ectypum.

Παιδὶ ἥρωι
Ν]εικομήδη[ς
ν]εώτερος
ἀ]νέθηκε.

Adnotat Prott, initio versus primi deesse unam modo litteram sive maxime Iota et litteram alteram; cum lapidem contemplatus sit pro certo se habuisse primo loco servatum esse Lambda, sed in ectypo sibi videri fuisse Alpha, de quo equidem non dubito. Nomen pueri in altero lapide scriptum fuisse potest, sed fortasse numinis appellatio erat παῖς ἥρως (sicut ἥρως ἰατρός), ut inter dedicationes collocandus esset titulus. — Vs. 2 extr. fuisse ΗΣ sequitur e spatio (Prott).

138 Aeginae in museo stela marmorea aetomate instructa, reperta in θέσει Ῥουέρφη ἐκκλησίας (Ἅγιος Θεόδωρος), ab urbe ad orientem. Deest angulus inferior sinister. A. 0,86. l. infra 0,39, supra 0,365. Titulus *a* litteras exhibet tenues, eleganter exaratas; *b* crassas, indiligenter insculptas, ut postea additus esse appareat. *Exscripsit Prott* et misit ectypum.

a	Ν Η Ν Η	Νήνη
	Α Π Ο Λ Λ Ω Ν Ι Ο Υ	Ἀπολλωνίου·
	Χ Α Ι Ρ Ε	χαῖρε.
b	Μ Η Ν Ο Δ Ο	Μηνοδό-
	Τ Η Μ Ε Ν Ο Ι Τ Ο Υ	τη Μενοίτου·
	Χ Α Ι Ρ Ε	χαῖρε.

139 Stela marmorea, supra cymatio ornata. A. 0,37. l. (in summa parte) 0,12. cr. 0,06. *Exscripsi* in domo quadam privata; nunc in museum est transportata.

Ν Η Σ Ι Α Σ	Νησίας,
Σ Α Ρ C Α Σ	Σαρ[έ]ας·
Χ Α Ι Ρ Ε	χαίρε-
Τ Ε	τε.

† **140** Aeginae in demarchio. Stelae marmoreae aetoma, a dextra mutilum, infra quod titulus. A. 0,23. l. 0,48. cr. 0,13. *Exscripsi.*

ΝΙΚΑΓΟΡΑΓΛΥΚΕΡΑΛ⁻Π///

Νικαγόρ[α], Γλυκέρα, Λ[α]π[τώας(?)].

Prima ultimi nominis littera etiam Δ fuisse potest.

† **141** Anaglyphum: viro sedenti adstat infans.

Expédition de Morée III p. 33 n. 16 et Le Bas, *Inscriptions recueillies par la commission de Morée* 5 p. 148 n. 213 ex apographis Caroli Lenormantii et Virleti. Boeckh, C. I. G. II add. 2322*b* 37 e schedis Pittakis. Le Bas, *Voyage archéol.* II 1969.

Ν Ι Κ Α Ν Ω Ρ Φ Ι Λ Ο Σ Τ Ρ Α Τ Ο Υ	Νικάνωρ Φιλοστράτου
Ζ Μ Υ Ρ Ν Α Ι Ε Χ Ρ Η Σ Τ Ε	Ζμυρναῖε χρηστέ·
Χ Α Ι Ρ Ε	χαῖρε.

142 Boeckh, C. I. G. II add. 2143*m* e schedis Pittakis. Le Bas, *Voyage archéol.* II 1718.

Ν Ι Κ Ω Ν Ο Σ — Νίκωνος.

† **143** Olim Aeginae, nunc Athenis in museo (n. 1171). Anaglyphum marmoreum infra mutilum, instructum aetomate, in quo patera, et acroteriis, quorum dextrum deest. Repraesentatur vir barbatus iuxta mulierem. A. 0,59. l. 0,635. Titulus in epistylio supra anaglyphum.

Rossii apographum est in diario anni 1837. *Expédition de Morée* III p. 39 n. 48 et Le Bas, *Inscriptions recueillies par la commission de Morée* 5 p. 173 n. 245 e schedis Virleti. (Boeckh, C. I. G. II add. 2322*b* 85.) Le Bas, *Voyage archéol.* II 1984. Pervanoglu, *Grabsteine* p. 24 n. 15. Heydemann, *Marmorbildwerke zu Athen* 477. Sybel, *Skulpturen zu Athen* 488. *Exscripsit Prott* et misit ectypum.

ΟΝΗCΑCΕΒΑΦΡΔΙΤΟΥ ΑΦΡΟΔΩΖΩΠΥΡΟ///

Omicron litterae Delta inscriptum, cuius vestigia vel in ectypo agnosci possunt, priorum solus dat Le Bas.

Ὀνησᾶς Ἐ(π)αφροδίτου. Ἀφροδὼ Ζωπύρο[υ.

144 Campanis p. 11 n. 3: Ἐκ τῆς Αἰγίνης· Μέρος ἀναγλύφου διατηρούμενον αἱ ἐπιγραφή: «Πόπλιος Οὔηρος».

Titulum in editis non inveni; cave ne putes indicasse Campanem epitaphium musei olim Aeginetici, quod e Le Basio, *Inscriptions recueillies par la commission de Morée* 5 p. 181 n. 261 petivit Boeckh, C. I. G. II add. 2322*b* 81 (Le Bas, *Voyage archéol.* II 1934): Πόπλιος Ἀσινιος | Νίγερ· χαῖρε. Nam id dicitur fuisse «au-dessous d'un grand sujet de beau style». Confer etiam *Epigraphisches aus Aegina* p. 28 n. 90. Conieceris in lapide nostro fuisse Πόπλιος Οὐήρ[ι]ος sive Πόπλιος *nomen gentilicium* Οὐ[ή]ρος.

† **145** Aeginae in demarchio. Stela marmorea cum aetomate, a. 0,61. l. 0,49. cr. 0,07. Sub arcu repraesentatus est eques, ad sinistram arbor cui circumvolvitur anguis, adstat puer.

Expédition de Morée III p. 39 n. 50 et Le Bas, *Inscriptions recueillies par la commission de Morée* 5 p. 171 n. 247 e schedis Virleti. Boeckh, C. I. G. II add. 2322*b* 86 e schedis Pittakis. Le Bas, *Voyage archéol.* II 2017. *Exscripsi.*

ΓΑΙΕΟΦΕΛΛΙΕΠΕ	Γάιε Ὀφέλλιε Πε-
ΚΛΙΟΥΥΙΕΧΡΗΣ	κλίου υἱὲ χρησ-
ΤΕΧΑΙΡΕ	τέ· χαῖρε.

Aeginam in museum Campanis (p. 28 n. 264) refert Mycono ex insula adportatum fuisse *ἀνάγλυφον μὲ ἐπιγραφήν, στρατιώτου ἱππέως, τάφος Γαΐου φιλέλληνος*, quibus verbis si noster designatur titulus, quod minime incredibile, non recte a nobis est receptus. Cf. *Epigraphisches aus Aegina* p. 29 n. 95.

† **146** Athenis in museo. Stela marmoris albi, a. 0,75. l. 0,45. Columnae duae ordinis Corinthiaci sustinent aetoma cum acroteriis; indicati sunt triglyphi cum quattuor metopis. Figurae repraesentatae sunt tres: ad sinistram vir imberbis sedens; mulier dextram tenens adolescentis stantis, qui sinistra capiti hermae virilis innititur.

Expédition de Morée III p. 39 n. 51 et Le Bas, *Inscriptions recueillies par la commission de Morée* 5 p. 175 n. 248 e schedis Virleti. Boeckh, C. I. G. II add. 2322*b* 88 e schedis Pittakis. Le Bas, *Voyage archéol.* II 1985; *Monuments figurés* tab. 116. Pervanoglu, *Grabsteine* p. 58 n. 16. Kekulé, *Theseion* 253. Sybel, *Skulpturen zu Athen* 455.

ΙΕ ΛΕΥΚΙΕ	- - - - ιε,	Λεύκιε
ΙΕ ΠΑΚΩΝΙΕ	- - - υ]ἱέ,	Πακώνιε
ΠΟΠΛΙΟΥΥΙΕ		Ποπλίου υἱέ·
ΧΑΙΡΕΤΕ		χαίρετε.

Vs. 2 supplevit Kekulé.

† **147** Anaglyphum.

Expédition de Morée III p. 40 n. 58 et Le Bas, *Inscriptions recueillies par la commission de Morée* 5 p. 178 n. 255 e schedis Virleti. Boeckh, C. I. G. II add. 2322*b* 89 e schedis Pittakis. Le Bas, *Voyage archéol.* II 2018.

ΓΑΜΦΙΛΕ	Πάμφιλε
ΧΡΗΣΤΕΚΑΙ	χρηστὲ καὶ
ΑΛΥΓΕΧΑΙΡΕ	ἄλυπε· χαῖρε.

148. 149 Tituli insculpti parietibus duobus sepulcri siti prope aediculam τῶν Ἁγίων Θεοδώρων.

Iriotis, Ἀρχαῖαι ἐπιγραφαὶ Αἰγίνης p. 14. (Wolters, *Athen. Mitth.* 18, 1893, 335.)

148	ΠΙΤΥΑΣ	Πιτύας.
149	ΣΩΦΡΩ.	Σώφρω[ν].
	ΜΥΡΤΙΣ	Μύρτις.

† **150** Stela marmoris albi.

Rangabé, *Antiquités Helléniques* II 2010. Le Bas, *Voyage archéol.* II 1722.

ΓΡΟΞΕΝΟΣ	Πρόξενος
ΚΑΛΛΙΓΙΤΟΙ	Καλλιγείτου.

Var. lect. Vs. 1 Π et Σ Le Bas. ‖ vs. 2 extr. ΟΛ Rang.
»*Lettres des derniers temps macédoniens*« Rangabé.

151 Aeginae in demarchio. Pars superior stelae aetomate instructae. A. 0,40. l. 0,33. cr. 0,06.

Campanis p. 24 n. 209. Le Bas, *Voyage archéol.* II 1730. *Exscripsi.*

ΠΡΩΤΟΜΑΧΟC	Πρωτόμαχος
ΠΡΩΤΟΜΑΧΟΥ	Πρωτομάχου·
ΧΑΙΡΕ	χαῖρε.

152 Cippus, quem possidet Michaelis Listis.

A. Engel, *Bull. de corr. Hell.* 6, 1882, 444.

//// ΡΟΔΟΚΛΕΑ	Ῥοδόκλεα
//// ΑΠΟΛΛΟΘ ////	Ἀπολλοθ[έ-
//// ΜΙΔΟΣΧΑΙΡΕ	μ]ιδος· χαῖρε.

† **153** Aeginae in demarchio. Stela exhibens formam aediculae aetomate instructae, alta (praeter partem rudem, quae solo inmissa erat, centimetrorum novem) 1,0. l. 0,44. Repraesentati sunt vir et mulier iungentes dextras, ab utraque parte adstat parva figura.

Expédition de Morée III p. 39 n. 55 et Le Bas, *Inscriptions recueillies par la commission de Morée* 5 p. 177 n. 252 e schedis Virleti. Boeckh, C. I. G. II add. 2322*b* 90 e schedis Pittakis. Le Bas, *Voyage archéol.* II 2020. *Exscripsi.*

ΠΟΠΛΙΕΣΗΙΕΔΕΚΜΟΥ
ΧΡΗΣΤΕΧΑΙΡΕ

Πόπλιε Σήιε Δέκμου
χρηστέ· χαῖρε.

Cf. *Epigraphisches aus Aegina* p. 28 n. 90.

154 Aeginae in demarchio. Pars superior stelae cum aetomate, a. 0,32. l. 0,21. cr. 0,06.

Campanis p. 13 n. 71. *Expédition de Morée* III p. 62 n. 22 e schedis Virleti. Boeckh, C. I. G. II add. 2322*b* 72 e schedis Pittakis. (Le Bas, *Voyage archéol.* II 1727. Bechtel, *Dialektinschr.* 3426.) *Exscripsi.*

ΣΙΒΟΙΤΗΣ	Σιβοίτης
ΔΑΙΜΕΝΟΥ	Δαϊμένου·
ΧΑΙΡΕ	χαῖρε.

155—157 In sepulcro e vivo saxo cavato erant colore atro sive viridi adpicti tituli: super introitum testudinatum n. 155, in pariete dextro n. 156, in pariete meridionali n. 157. Apertum esse sepulcrum refert Pittakis ab Anglo quodam a. 1818.

N. 155 et 156: *Expédition de Morée* III p. 62 n. 20 e schedis Virleti. N. 155 et 157: Boeckh, C. I. G. II add. 2143*p* e schedis Pittakis. N. 156: Boeckh, C. I. G. II 2140*b* e schedis Prokeschii. N. 156 et 157: Rangabé, *Antiquités Helléniques* II 2012. N. 155—157: Ross, *Archaeol. Aufsätze* I 46 e schedis Schauberti. Pittakis, Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. 1839 n. 231. Le Bas, *Voyage archéol.* II 1708. (Cauer, Delectus[2] n. 70. Bechtel, *Dialektinschr.* 3418.) Cf. Ahrens, De dialectis II 344 sq.

155 ΣΚΥΘΙΝΟΥ

156 ΜΗΑΝΟΙΓΕ
ΟΥΓΑΡΜΗΣΥΝΕΙΚΗ
ΤΟΙΑΛΛΟΝΤΙΝΑ
ΚΑΤΘΕΝΤΙΕΣΤΑΥΤΑΝ
ΤΑΝΣΟΡΟΝΑΙΔΕΜΗΑΥΤΑΥΤΟΝ
ΑΙΤΙΑΣΗ

157 ΘΕΟΓΕΝΙC

Var. lect. N. 156 vs. 2 in. ΜΝΗ Le Bas. || vs. 4 ΜΗ.ΥΑΥΤΟΝ Prok., ΜΗΑΥΤΑΥΤΟΝ Le Bas, ΜΗΑΥ ΑΥΤΟΝ Rang. || N. 157 repraesentavi exemplum Schauberti. ΘΕΟΓΕΝΙ Rang., ΘΕΟΓΕΝΙϹ Le Bas.

155 Σωσιθέου.

156 Μὴ ἄνοιγε·
οὐ γὰρ μὴ συνοίσῃ
τοι ἄλλων τινὰ
κατθέντι ἐς ταύταν
τὰν σορόν· αἰ δὲ μή, αὐταυτὸν
αἰτιασῇ.

157 Θεογενίς.

Optimae aetatis, quarti fere a. Chr. n. saeculi videntur n. 155. 156, multo recentior n. 157.

N. 156 vs. 2 *συνοίσῃ*: »i. e. *proderit*, quocum commodissime comparabis Hesychii glossam *συνοίσει, συμφέρει*« Ahrens. — Vs. 6 de futuro *αἰτιασῇ* vide Ahrens, de dialectis II 305 et quae adnotavi ad n. 177.

---

158 In sepulcro pictus erat titulus colore fusco.

Boeckh, C. I. G. II add. 2143*n* e schedis Pittakis, qui ipse edidit Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. 1877. (Rangabé, *Antiquités Helléniques* II 2472. Le Bas, *Voyage archéol.* II 1719.)

ΣΜΙΚΩΝΟΣ — Σμίκωνος.

Formas litterarum ΣΜ edidit Le Bas, num ex alio apographo valde dubito.

---

† **159** Aeginae in demarchio. Stela in aediculae formam redacta. A. 1,16. l. 0,50. cr. 0,14.

Expédition de Morée III p. 32 n. 6 et Le Bas, *Inscriptions recueillies par la commission de Morée* 5 p. 142 n. 203 e schedis Virleti. Boeckh, C. I. G. II add. 2322*b* 16 e schedis Pittakis. (Le Bas, *Voyage archéol.* II 1944.) *Exscripsi.*

a	b
ΣΟΦΟΚΛΕΑΑΛ	ΔΡΕ
ΑΝΤΙΟΧΟΥΑ	ΞΑΝ
ΔΑΡΔΑΝΕΙΤΙ	ΔΡΟΥ
ΧΑΙΡΕ	ΑΘΗΝΑΙΕ
	ΧΑΙΡΕ

Var. lect. Pittakis omitto vitia. Virlet falso titulos *a* et *b* dat maiore intervallo diremptos; vs. 1 post alterum Α omittit Λ || vs. 2 extr. ΝΔ || vs. 3 ΔΑΡΔΑΝΕΙΤΙ Α (spatium litterarum undecim) ΔΙΥ Υ.

a	b
Σοφόκλεα	Ἀλ[έξαν]δρε
Ἀντιόχου	Ἀ[λε]ξάν-
Δαρδανεῖτι·	δρου
χαῖρε.	Ἀθηναῖε·
	χαῖρε.

---

† **160** Athenis in museo (n. 1313). Stela marmoris albi. a. 0,70. l. infra 0,455, supra 0,375. Pilae duae sustinent arcum, supra quem aetoma cum acroteriis. Repraesentata est navis, e qua eminent capita duo et corpus dimidium viri, qui navem videtur propellere. Titulus, qui est sub repraesentatione, utrinque in pilas transgreditur.

Pittakis, Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. 1014. Stephani, *Ausruhender Herakles* p. 25 n. 2; tab. 6, 2. Le Bas, *Voyage archéol.* II 1963 et *Monuments figurés* 117, 1. Pervanoglu, *Grabsteine* p. 70 n. 3. Kekulé, *Theseion* 265. Sybel, *Skulpturen zu Athen* 563. *Exscripsit Prott.*



Σπόρι Γράνιε Αὔλου Ῥωμαῖ-
ε χρηστὲ καὶ ἄλυπε· χαῖρε.

Πόπλιος Γράνιος est in titulo Atheniensi C. I. A. III 3235.

Vs. 2 prius Rho exaratum est Ρ; ad insculpendam partem inferiorem deerat spatium, excipit enim angulus pilae (Prott).

---

† **161** Athenis in museo. Anaglyphum marmoreum, a. 0,47. l. 0,38. Mulier sedens, pone quam stat puella, dextram porrigit viro stanti.

Expédition de Morée III p. 40 n. 57 et Le Bas, *Inscriptions recueillies par la commission de Morée* 5 p. 178 n. 254 e schedis Virleti. Boeckh, C. I. G. II add. 2322*b* 50 e schedis Pittakis. (Le Bas, *Voyage archéol.* II 2031.) Heydemann, *Marmorbildwerke zu Athen* 476. Sybel, *Skulpturen zu Athen* 497.

ΤΕΡΤΙΑΑΥΦΙΔΙΑ	Τερτία Αὐφιδία
ΑΡΙΣΤΙΟΝΧΡΗΣΤΗ	Ἀρίστιον χρηστή·
ΧΑΙΡΕ	χαῖρε.

---

162 Aeginae in demarchio. Stela marmorea cum aetomate, quod flore ornatum est; supra inscriptionem est ramus. A. 0,75. l. 0,19. cr. 0,07.

Campanis p. 13 n. 72. *Expédition de Morée* III p. 62 n. 24 e schedis Virleti. Boeckh, C. I. G. II add. 2322*b* 11 e schedis Pittakis et Rossii. (Le Bas, *Voyage archéol.* II 1739. Bechtel, *Dialektinschr.* 3427.) *Exscripsi.*

ΤΙΜΑΡΙΕ	Τιμαρίσ-
ΤΑΑΚΑ Ν	τα Ἀκαν-
ΘΙΑΧΑΙΡΕ	θία· χαῖρε.

Var. lect. Vs. 1 extr. ΙΕ Virlet; correctum est in lapide Σ ex Ε. || vs. 2 Ρ pro Κ Ross.

---

† **163** Anaglyphum in aedicula Corinthia: vir more Romano vestitus; arbor serpente circumvoluta et infans.

Expédition de Morée III p. 37 n. 36 et Le Bas, *Inscriptions recueillies par la commission de Morée* 5 p. 166 n. 233 ex apographis C. Lenormanti et Virleti. (Boeckh, C. I. G. II add. 2322*b* 94.) Le Bas, *Voyage archéol.* II 2023.

ΓΝΑΙΕΤΟΥΤΩΡΙΕΓΝΑΙΟΥΥΙΕ
ΧΡΗΣΤΕΧΑΙΡΕ

Var. lect. Eadem plane, quae ex duobus apographis sagaciter concinnaverat Boeckh, dat Le Bas, cuius exemplum repraesento, quamvis incertus sim utrum testi tertio nitatur an soli Boeckhii ingenio.

Γναῖε Τουτώριε Γναίου υἱέ,
χρηστέ· χαῖρε.

† **164** Athenis in museo (n. 1263). Anaglyphum marmoreum cum aetomate, a. 0,77. l. 0,44. Sub arcu pilis duabus fulto sedet mulier, cui adstat vir lugens. Titulus sub anaglypho.

Expédition de Morée III p. 33 n. 15 et Le Bas, *Inscriptions recueillies par la commission de Morée* 5 p. 148 n. 212 e schedis Virleti. Boeckh. C. I. G. II add. 2322*b* 19 e schedis Pittakis. Le Bas, *Voyage archéol.* II 1948. Heydemann, *Marmorbildwerke zu Athen* 75. Sybel, *Skulpturen zu Athen* 568. *Exscripsit Prott* et misit ectypum.

ΦΙΛΟΥΜΕΝΗΑΠΟΛ
ΛΟΔΩΡΟΥΚΑΛΧΗΔΟ
ΝΙΑΧΡΗΣΤΗΧΑΙΡΕ

Φιλουμενὴ Ἀπολ-
λοδώρου Καλχηδο-
νία χρηστή· χαῖρε.

† **165** Aeginae in demarchio. Pars inferior rudis anaglyphi, a. 0,35. l. 0,42. cr. 0,10. Inter figuras duas sedentes stat nudus adolescens, dextra cantharum tenens.

Expédition de Morée III p. 36 n. 33 et Le Bas, *Inscriptions recueillies par la commission de Morée* 5 p. 162 n. 230 e schedis Virleti. Boeckh, C. I. G. II add. 2322 *b* 31 e schedis Pittakis. Le Bas, *Voyage archéol.* II 1960. *Exscripsi.*

a | *b*

ΑΥΛΟϹ ΦΛ ΟΥΕΙ·//// ωΛ // ω ΝΑΥΛΟΥ
ΔΕΚ Μ Ο Υ ΡΩΜΑΙ ΧΡΗΤΕ ΧΑΙΡΕ
ΧΡΗΤΕ ΧΑΡΕ

Varia lectio potior. a vs. 1 ΟΥΕΙΟ. Virl. ΟΥΕΚ Pitt. ΟΥΒΙΕ Le Bas || *b* vs. 1 ΩΥΛΟΩΝ.ΩΥΛΕ Virl. ΑΥ.Μ^ΝΑΥΛΟΟ Pitt. ΑΜΥΜΩΝΑΥΛΟΥ Le Bas.

a | *b*

Αὖλος Φλ(άουιος) Οὐε-- | ---ων Αὔλου·
Δέκμου Ῥωμαῖ(ος)· | χρη(σ)τέ, χαῖρε.
χρη(σ)τέ, χα(ῖ)ρε.

Patet orthographiam χρητέ, cum bis occurrat in nostro itemque n. 171 *b*, duxisse ex appellatione. De ΧΑΡΕ v. ad n. 195.

† **166** Athenis in museo (n. 1168). Stela marmoris albi cum aetomate et acroteriis (quorum alterum deest), a. 0,72. l. supra 0,305, infra 0,335. Repraesentatae sunt prava arte figurae quattuor: in saxo sedet vir nudus, manu laeva innixus remo, dextram porrigens mulieri stanti; iuxta virum stat parvus puer; ad dextram pone mulierem parva figura feminina. Titulus sub anaglypho.

Expédition de Morée III p. 41 n. 70 et Le Bas, *Inscriptions recueillies par la commission de Morée* 5 p. 184 n. 267 e schedis Virleti. Boeckh, C. I. G. II add. 2322 *b* 96 e schedis Pittakis duplicibus. Le Bas, *Voyage archéol.* II 1988; *Monuments figurés* tab. 114 fig. 2. Stephani, Tituli Graeci IV p. 24 et *Ausruhender Herakles* p. 25 n. 3. (C. Keil, *Jahn's Jahrbücher* Suppl. 1856 p. 372.) Pervanoglu, *Grabsteine* p. 58 n. 19; p. 71 n. 4. Kekulé, *Theseion* 295. Sybel, *Skulpturen zu Athen* 483. *Exscripsit Prott* et misit ectypum.

ΦΡΟΙ ΙΕ ΔΙΟΝΥϹΙΟΥ — Φρό[νιμ]ε Διονυσίου
ΧΡΗϹ ΤΕ ΧΑΙΡΕ — χρηστὲ χαῖρε.
ΘΕΟΔΟΣΙΑ ΡΥ ΤΙΑ — Θεοδοσία [Βη]ρυτία
Χ ΡΗΣΤΗ ΧΑΙ ΙΕ — χρηστὴ χαῖ[ρ]ε.

Var. lect. Vs. 1 ΦΡΟΝΙΜΕ, vs. 3 extr. ΑΜΟΥΤΙΑ Le Bas *Voyage*, quibus lectionibus plenioribus nihil est tribuendum, nam lacunas, quae hodie sunt, iam indicant editiones tituli primae et, quamque in aliis inter se differunt, utraque Pittakis scheda.

Vs. 1 supplevit Le Bas, vs. 3 C. Keil.

† **167** Anaglyphum: »mulier sedens et vir stans, qui mulieri manum iungit«.

Boeckh, C. I. G. II add. 2322 *b* 99 e schedis Pittakis. Le Bas, *Voyage archéol.* II 2024.

.....ΝΙΜ... — Φρό]νιμ[ε
ΜΕΙΚΩΝΙΕ — Μεικώνιε
ΧΡΗΣΤΕ — χρηστέ·
ΧΑΙΡΕ — χαῖρε.

Supplevi. Μεικώνιε per itacismum videtur esse pro ethnico Μυκώνιε.

168 Athenis in museo (n. 1325). Stela marmorea cum aetomate, a. 0,88. l. 0,58. Anaglypho repraesentantur intra pilas duas vir barbatus, manu laeva tenens volumen, et mulier, iuxta quam in terra est scrinium et in pila stilus. Titulus in epistylio supra anaglyphum.

Campanis p. 31 n. 335. *Expédition de Morée* III p. 62 n. 23 ex apographo Lenormanti et Virleti. Boeckh, C. I. G. II add. 2143 *o* e schedis Pittakis. (Le Bas, *Voyage archéol.* II 1964.) Pervanoglu, *Grabsteine* p. 24 n. 19. Heydemann, *Marmorbildwerke zu Athen* 494. Sybel, *Skulpturen zu Athen* 444. *Exscripsit Prott.*

ϲΟΞΕΝΟΥ ϹΑΤΟΡΝΕΙΛΑΓΥΝΗΑΥΤΟΥ
ΜΑΙΑ

Var. lect. Cum lectionem ubique certam esse testetur Prott, mitto priorum errores. Campanis ad sinistram minus truncum lapidem vidit, exhibet enim Θεοξένου Σατορνῖλα, ac re vera non posse legi Πρ]οξένου diserte adnotat Prott.

Θ]εοξένου. Σατορνεῖλα γυνὴ αὐτοῦ,
μαῖα.

Vs. 2 Ῥω]μαία Boeckh, sed lapis teste Prottio hoc loco incolumis.

† **169** Aeginae in demarchio. Angulus dexter inferior anaglyphi marmorei: reliquiae figurae sedentis, ante quam stans. A. 0,22. l. 0,17. cr. 0,07.

Boeckh, C. I. G. II add. 2322 *b* 8 e schedis Pittakis duplicibus. (Le Bas, *Voyage archéol.* II 1933.) *Exscripsi.*

ΞΕΝΩΝΟΣ ΒΗ — --- Ξένωνος Βη-
ΡΗΣΤΕΧΑΙ ΡΕ — ρύτια χ]ρηστὴ χαῖρε.

Utriusque versus litterae duae ultimae hodie non extant. — Ethnicon proposui quod est n. 166; Βη[ταιοῦ Boeckh.

† **170** Aeginae in demarchio. Stela marmorea, supra fracta, a. 0,69. l. 0,55. cr. 0,14. Inter columnas duas repraesentatur vir sedens, figurae stanti porrigens manum; ad laevam sellae siren, ad dextram parva figura, quae videtur esse mulier lugens. In parte inferiore tituli, qui manifesto scripti sunt diversis manibus, ut dexter postea additus esse videatur.

Le Bas, *Voyage archéol.* II 1990. *Exscripsi.*

a | *b* | *a* | *b*

//////////////// ΡΕ ΗΣΥ ////// — ....ρε — Ἡσυ[χία
// ΜΗΤΡΙΟΥ ΚΑΛΛΑΙΚ ///// — Δη]μητρίου — Καλλικ[ράτους
ΣΤΕ ΧΡΗΣΤΗ — χρη]στέ· — χρηστή·
ΧΑΙΡΕ ΧΑΙΡΕ — χαῖρε — χαῖρε.

Varia lectio Le Basii: Vs. 1 extr. ΣΥΝ (revera Ν fuisse conspicuum, apographo in ceteris pravo non credendum) || vs. 2 extr. ΚΑΛΛΑΤΙ || vs. 3 in. ΧΡΗΣ || vs. 4 omissum alterum χαῖρε.

Supplevi.

† **171** Aeginae in demarchio. Cippus cum aetomate, a. 1,10. l. 0,40. cr. 0,11. In aedicula arcu coronata repraesentatur mulier sedens, quae manum porrigit viro stanti.

Le Bas, *Voyage archéol.* II 1968. *Exscripsi.*

a | *b*

////////////////////////////// ΙΕ
//////////////////////////////////////
//////////////// ϹΙΔΩΝΙΕ
////// Ε ////////// ΧΡΗΤΕ
5 ΧΑΙΡΕ ΧΑΙΡΕ

------ | -----ιε
------ | nomen patris
------ | Σιδώνιε
------ | χρη(σ)τέ·
5 χαῖρε. | χαῖρε.

Vs. 4 de χρητέ cf. ad n. 165.

† **172** Aeginae in demarchio. Angulus inferior dexter stelae redactae in formam aediculae; de figuris servatus est unus tantum pes. A. 0,27. l. 0,20. cr. 0,10. Infra est titulus. *Exscripsi.*

ΩΝΟΣ	- - - - - ωνος·
ΤΕ	χαίρε]τε.

† **173** Aeginae in demarchio. In aedicula repraesentatur iuvenis stans, ad cuius laevam arbor circumvoluta angue et parvus servus. A. 1,02. l. 0,58. cr. 0,20. Infra est titulus. *Exscripsi.*

//////////////////////	- - - - - -
ΧΡΗΣΤΕΧΑΙΡΕ	χρηστέ· χαῖρε.

174. 175 Sepulcri prope τὸν Ἅγιον Θεόδωρον a. 1896 effossi parietibus omnibus adpicti sunt tituli, qui tamen praeter duos in parietibus contiguis scriptos legi non poterant. *Exscripsit Fredrich.*

174	ΣΟΡΟΣ	Σορός.
175	ΣΕ‾ Ν	- - - η]ς ἐ[τῶν - - (?) - - -

Titulus n. 174 integer est.

6. VARIA ET INCERTA.

176 »*Aegina, Museum. Gefunden in der τοποθεσία Μαρεττάς, etwa 10 Minuten nördlich vom Meere noch in dem Gebiete der heutigen Stadt, in einem Brunnen. Granit, noch 1,11 m. breit; Inschriftfläche (Vorderfläche) 0,20 hoch; 0,16 dick. Ziemlich vierkantig geschnitten; doch gehen die Flächen ziemlich allmählich in einander über, nur in der mittleren Einschnürung treffen sie etwa rechtwinklig auf einander. Diese mittlere Einschnürung ist 0,02 unter die übrige Oberfläche vertieft. Rechts Bruch; links wohl nur etwas bestossen.*« Sic *Prott*, qui misit delineationem et ectypum; alterum apographum benigne mihi misit Iriotis. Repraesento latus inscriptum ad partem octavam verae magnitudinis redactum, lapidem superne delineatum ad vigesimam quintam.



Μὴ κίνει τόδε.

Initium sic fere delineavit Prott ᴧΜ, sed adnotans »*ob das Zeichen vor My als Buchstabe aufzufassen ist, ist mir sehr zweifelhaft*«. Mihi ex ectypo non dubium videtur, quin fortuitae sint lineae ante Μ, neque eas indicat Iriotis, testis gravissimus.

Sepulcrale esse potest, sed id minime certum; cf. I. G. Ins. 3, 451, cuius tituli me commonefecit Kirchhoff.

177 Lapis indiligenter caesus, iacens inter saxa rudia permulta in rupe devio montis vocati Ὄρος, ad septentrionem versus haud procul a cacumine. A. 0,88. l. 1,0.

Röhl, Inscr. antiq. 360 e Gustavi Koertei apographo. (Röhl, Imagines inscr. Graec. 1894 p. 60 n. 7. Cauer, Delectus [2] n. 69. Bechtel, *Dialektinschr.* 3416. Roberts, *Introduction to Greek epigraphy* 127*a*. E. Hoffmann, Sylloge epigr. Graec. 410.) Cf. Comparetti, *Rivista di filologia* 11, 1883, p. 553. *Exscripsi*; ectypum in loco incommodissimo conficere non contigit nisi a dextra parte truncum, in versu primo duabus, in versibus altero et tertio tribus litteris. Repraesento ad decimam partem verae magnitudinis redactum.



Μὴ ἐκ τᾶς ὁδῶ | λαβὼν λίθον | στάσης σκοπόν, ἀλ[λὰ τόδε.

Koertei apographum, quod liberaliter mihi transmisit auctor, cum meo plane congruit, nisi quod primi et secundi versus litteras primas Μ et Λ dat integras, ut inde ab anno 1878 magis mutilatus esse lapis appareat.

Et recta lectio et interpretatio uni debetur Comparettio, qui a sinistra incolumem esse scripturam verissime intellexit. Lapis noster a magistratibus in loco, quo incolae tela sive saxa solebant emittere, est collocatus, ne pergerent e via munita petere saxa, quae pro scopo essent. Mutandum esse existimavi Comparettii supplementum ἀλ[λ' ἐμέ, nam restituendus erit tetrametrus catalecticus. Versum primum et alterum secundum dipodias dividere voluit lapicida et reliqua uni mandare versui.

Notandum est Iota non adscriptum terminationi verbi στάσης in titulo quinti saeculi, ut hanc litteram non solum in tertia coniunctivi persona a Doriensibus vetusta iam aetate neglectam esse appareat (cf. Ahrens, de dialectis 2, 293 sq.). Eodem spectat futurum αἰτιατῇ scriptum sine Iota in titulo Aeginetico n. 156 vs. 6.

4*

178 »Nota laterculi, qui repertus esse dicitur Aeginae. Obiter vidit et properans exscripsit Koehler« Röhl, Inscr. antiq. p. 162 n. 555 *a*.

Πρώτων ἐ[ργ]ά[σ]α[τ]ο [Δ]ῶτα.

Praeter nomen prius nihil retinendum erat de lectione Roehlii. — De lateribus Aeginae coctis testis est Stephanus Byz. s. v. Αἴγινα: Αἰγιναῖος δὲ ὁ ἔπακτος ἢ κέραμος ἢ ὄβελος ἢ ἄλλο τι σκεῦος ἀπὸ Αἰγίνης.

179 Gemma olim in possessione Schauberti architecti, exhibens scarabei formam, in qua repraesentatus est delphinus et ut videtur arcus.
Kekulé, *Bullettino d. Inst.* 1868 p. 69 ex extypo.

ΘΕΡΣΙΟΣ
ΕΜΙΣΑΜΑ
ΜΕΜΕΑΝ
ΟΙΓΕ

Θέρσιος
εἰμὶ σᾶμα·
μή με ἄν-
οιγε.

180 Le Bas, *Voyage archéol.* II 1742. (Röhl, Inscr. antiq. 365. Roberts, *Introduction to Greek epigraphy* n. 129 III.)

ΙΑΝ

181. 182 Tesserae plumbeae Gottingae in museo archaeologico, olim in possessione domini de Gemmingen, qui tesseras suas »*bei den Ausgrabungen im Jupitertempel auf Aegina und im Apollotempel zu Bassae*« se collegisse notavit, ut fortasse non recte huc collocaverim.

181 Cum signo delphini. — Benndorf, *Beiträge zur Kenntniss des attischen Theaters* (*Zeitschr. für die österr. Gymnasien* 26, 1875) p. 74 n. 11. Hubo, *Originalwerke ... der Georg-August-Universität* p. 50 n. 250.

ΔΙ

ΑΙ Benndorf, non recte teste Carolo Dilthelo.

182 Cum signo leonis. — Benndorf, ibidem n. 1. Hubo, ibidem n. 293.

ΔΙΟ

Tesserae hae, si Aegineticae sunt, referri possunt ad Διο[νύσια] memorata n. 2 vs. 31.

183—185 Substructionis templi quod dicitur Veneris lapidibus permagnis, qui adhibiti sunt ad aedificandum aggerem portus (cf. About, *Archives des missions scientifiques* 3, 544), inscripta erant nomina, ut refert Pittakis omnibus, ut Wordsworth compluribus. Cum testis Graeci verba sint ἦν ἐγχαραγμένον, Angli *inscribed with letters of red chalk*, ambigimus utrum pictae fuerint litterae an sculptae; fortasse sculptae litterae colore rubro erant inductae.

183 Wordsworth, *Athens and Attica* p. 265. (Le Bas, *Voyage archéol.* II 1716.)

184 Wordsworth, ibidem. Boeckh, C. I. G. II add. 2143 *b* e schedis Pittakis. (Le Bas, *Voyage archéol.* II 1717. Bechtel, *Dialektinschr.* 3421.)

185 Pittakis, Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. n. 1876.

183	ΠΡΟΟΘΥΜΙΟΣ	Προθύμιος.
184	ΕΥΦΑΜΙΔΗΣ	Εὐφαμίδης.
185	ΑΜΙΑΔΑΣ	Ἀμιάδας.

Var. lect. N. 184 init. ΕΥΟ Pitt.

Inscripserunt nomina sua operarii. Lapides hos Wordsworth fuisse perhibet in infima templi substructione itaque tribuendos eos esse eidem tempori, quo aedificatum sit templum. Sed titulus n. 185, si recte indicatae sunt formae litterae Alpha, necessario est satis recens neque magis remotae aetatis esse potest terminatio nominis in -ας n. 184.

186 In area orphanotrophei (nunc carceris) repertum est sepulcrum, in cuius introitu colore nigro in saxo neglegenter picti erant satyrus captans nympham saltantem et sub eos luctatores duo, supra quorum capita adpicti erant tituli.

E Schauberti schedis Ross, *Archäol. Aufsätze* I 46 sq., tab. III; ex iisdem Welcker, *Bullettino d. Inst.* 1843 p. 57.

ΗΜΗΤΗΡ ΑΠΥΡΟΣ

Recte videtur coniecisse Ross titulos referendos esse ad nympham et satyrum et legendos: Δημήτηρ. [Σ]ά[τ]υρος.

187 Olim Aeginae prope officinam typographicam.
Expédition de Morée III p. 61 n. 19 e schedis Virleti (inde Boeckh, C. I. G. II add. 2140 *a* 12). Le Bas, *Voyage archéol.* II 1741.

ΟΛΥΝΠΙΟΙCΘΕΟΙCΜΗΤΕΠΑΡΑΙ. ΑΧΘΟΝΙΟΙCΘΕΟΙC
ΓΕΝΟΥCΜΑΡΚΟΥΑΥΡΗΛΙΟΥΜΥΣΤΙΚΟΥΜΑΡΑΘΩΝΙΟΥ

Var. lect. Cave ne credas Virletium, hominem socordissimum, quattuor vidisse versus: quae enim praescripsit CΕΣΕΙΠ, subscripsit ΕΩΝΙΟΥ sunt utriusque versus litterae ultimae sex, prioris quidem pessime lectae, quas desecuit, verisimiliter quia chartae suae latitudo non suffecit. Quod versus alterius initium dat ΟΔΤΕΝ, monstrat a sinistra tum minus mutilum fuisse lapidem; revera erat sine dubio ΟΥΓΕΝ. — Vs. 1 ΠΟΙC Le Bas |, vs. 2 ΜΥCΤΙΑΟΥ Virlet.

Μήτε παρὰ] Ὀλυμπίοις θεοῖς, μήτε παρὰ [κατα]χθονίοις θεοῖς
φυλὼ ἔστω τ[ο]ῦ] γένους Μάρκου Αὐρηλίου Μυστικοῦ Μαραθωνίου.

Supplevi. Cum demotico tantum Attico indicetur devoti origo, lapis ex Attica transvectus esse videtur.

188 Le Bas, *Voyage archéol.* II 1753.

Α.	- - -	
ΗΤΩ	- - -	
ΚΗΡΡΟ	- - -	
ΟΙΚ Ω	οἴκῳ	
ΜΙΧΑΗΛ	Μιχαὴλ	Mentio fit ecclesiae hodie
ΤΟΥΑΡ	τοῦ ἀρ-	ruinosae S. Michaelis (τοῦ
ΧΑΓΓΕ	χαγγέ-	ἁγίου ἀσωμάτου), de qua v.
ΛΕΛΟΥ†	(λο)λου. †	lemma n. 6.

189 Campania in indice musei olim Aeginetici p. 11 n. 6: »Ἐκ τῆς Αἰγίνης ... Μέρος πέτρας μικρᾶς ἐγκεχαραγμένης: Χρῆττος«.

Fuisse videtur: Χρηστός s. Χρῆστος.

190 »In Aegina insula prope portum in pavimento musiva arte pictus« Kirchhoff, C. I. G. IV 9894 e schedis Rossii.

////ΘΕΟΔΩΡΟΥΝΕΩΡ ΦΡΟΝΤΙΖΟΝΤ-Ι//////////////////////ΘΕΟΔΟΥΤΙ-ΙC
CΥΝΑΓ·ΕШΟΥCΩΘΗΕΥΛΟΓΙΑΠΑCΙΝ//////////////////////ΧΕΙΥΜΕΝΟΙC

ΘΕΟΔΩΡΟCΑΡΧΙCΥΝΙ//////////////////ΡΟΝΤΙCΑCΕΤ//ΗΤΕCCΕΡΑ//////////
ΕΧΘΕШΕΛΙΩΝΤΗΝCΥΝΑΓ//////////////////////ΟΙΚΟΔΟШΗCΑΠΡΟCΟΔΕΥC·
ΧΡΥCΙΝΙ//ΡΕ·ΚΑΙΕΚΤΩΝΤΟΥΘ̅Ε̅ΔΩΡΕΩΝ ΧΡΥCΙΝΟΙΡ̅Ϲ̅//////////

Θεοδώρου νεω(τέ)ρ(ου) φροντίζοντ(ος) [ἐκ τῆς πρ]ο[σ]όδου τῆς
συναγ(ωγῆς) ἐμουσώθη. Εὐλογία πᾶσιν [τοῖς εἰσ]ε[ρ]χ[ο]μένοις.

Θεόδωρος ἀρχισυν[άγωγος φ]ροντίσας ἔτη τέσσερα [ἐθεμελίωσεν]
ἐχ θεμελίων τὴν συναγ[ωγὴν ὠ]κοδόμησα. Προσοδεύ[θ]η[σαν]
χρύσιν[οι] ρε καὶ ἐκ τῶν τοῦ θε(οῦ) δωρεῶν χρύσινοι ρϛ.

A Kirchhoffio recessi in hisce: scripsit vs. 1 νεω[κ](όρου?) φροντίζοντ(ος) [ἐκ --- καὶ προσ]όδου τῆς; vs. 2 interpunctionem non ponit post ἐμουσώθη, tum [τοῖς προσ]χ[η]μένοις; vs. 3 extr. addidi participium; vs. 4 οἰκοδόμησα (quod non replet spatium).

Vs. 1. 2: »*Cura Theodori iunioris* (distinguitur ab archisynagogo vs. 3) *e synagogae reditu haec musiva arte sunt inscripta. Benedictio sit intrantibus omnibus.*« Vs. 3—5 sic explicat Kirchhoff: »Theodorus quidam archisynagogus synagogam ex stipe collecta (ἐκ τῶν τοῦ θεοῦ δωρεῶν) et pecuniis, quae e templi bonis redierant (προσοδεύθησαν), sese testatur aedificasse a fundamentis.«

191 Lamina plumbea, quae reperta dicitur Aeginae aliquot decennia ante a. 1862, tum erat Athenis apud Paparregopulum, consulem Russicum. In latere antico (*A*) repraesentatur Abraxas anguipes, instructus capite galli, quod tamen caret crista, sinistra gerens clipeum, dextra flagrum.
Rhusopulos, Ἀρχαιολογικὴ Ἐφημερίς, περίοδος Β', 1, 1862, p. 302 n. 377.

Latus *A*: Supra figuram Abraxae

ΑΒΡΑCΑΣ	Ἀβρασάξ.
In clipeo Abraxae ΙΑϽ	Ἰάω.

Latus *B*:

ΜΙΧΑΗΛ	Μιχαὴλ
ΓΑΒΡΙΗΛ	Γαβρί[η]λ
ΟΥΡΙΗΛ	Οὐριὴλ
ΡΑΦΑΗΛ	Ῥαφαὴλ
ΑΠΑΝΑΗΛ	Ἀ[ν]ανάηλ
ΠΡΟCΟ.ΑΙΗΛ	Προσο[ρ]α[ί]ηλ
ΥΜCΑΗ	Ὑ[αβ]σαὴλ.

A vs. 1 ultima in nomine daemonis littera, quae Σ est edita, certe erat Xi formae huiusce: Σ, quae litterae Sigma persimilis (cum quo in exscribendo confundi solet) etiam occurrit in titulis ex Heraeo Argivo n. 539 et in Epidauriis n. 1010. 1074.

B Inscriptiones plane congruentes sunt in lamina musei Carlsruhensis (Baudissin, *Studien zur semit. Religionsgeschichte* 1 p. 190 n. 9), quae tamen, cum in ea Προσοραιὴλ duos occupet versus, a nostra certe est diversa, et in gemma apud Bellermannium, *Versuch über die Gemmen mit dem Abraxasbilde* 2 (1818) p. 29 n. 16, in qua etiam, sicut in lamina nostra, imago Abraxae gallinacei crista non est instructa. De nominum versuum 5—7 significatione cf. Baudissin l. l.

PARS SECVNDA.

PITYONESVS ET CECRYPHALIA INSVLAE.

Angistri vulgo creditur esse antiquorum *Κεκρυφάλεια*, *Kyra Πιτυόνησος* (v. Bursian, *Geographie von Griechenland* II 77), quae denominatio probata est magna Henrici Kieperti auctoritate vel in novissimis eius Formis orbis antiqui, tab. XII. Sed contrarium statuit Leake (*Travels in the Morea* II 455): cum Angistri tecta sit pinis silvestribus — easque vel nunc abundantes vidi in insula — ad eam aptum esse nomen Πιτυόνησος, atque Plinium (h. n. 4, 19, 57) profectum ab Epidauro *Cecryphalos* referre ante *Pityonesos*. Quam sententiam bene videtur confirmavisse Jamot (*Bull. de corr. Hell.* 13, 185) e dicto Stephani Byzantii Cecryphaliam esse promunturium: is enim error sane de insula terrae continenti propiore verisimilior est quam de remotiore.

192 »In insula cui nunc nomen *Angistri*, in lapide. Gerhardo misit Logiotatides« Röhl, Inscr. antiq. 369.

ΙΟΔΕΔΦΕΑΕΘΕΤΑΔ

Τ]ῷ Δε[λ]φίῳ ἐθῖκα[ν.

Sic fere facillimis correcturis erit restituendum; multo violentius Röhl: [-- τ]ἀνδ[ρ]φα[ὼ] ἀ[ν]εθῖκα[ν. Cf. titulos duos Delphicos *Bull. de corr. Hell.* 6, 1882, p. 445 et 20, 1896, p. 582: Τοὶ Χαροπίνου παῖδες ἀνέθεκαν τοῦ Πυθίου; infra n. 564. 1205.

193 *Angistri*, in domo quam possidet Ἰωάννης Οἰκονόμος lapis mollis, a. 0,34. l. 0,32. Litterae valde corrosae.
Jamot, *Bull. de corr. Hell.* 13, 1889, p. 187, n. 2. *Exscripsi.*

ΗΑΛΛΑΤ
ΑΡΑ О.
ΣΙΜ

De lectione minime sum certus, cum in pessima luce viderim lapidem collocatum in cubiculo, in quo tunc iacebant mulier aegrota et infans. Ante notata in versibus 1 et 3 nihil scriptum fuisse mihi visum est. Vs. 1 fortasse ἄλλα. — Jamotii hoc est exemplum:

ΗΑΛΛΑΤΟ
ΑΡΑ ΟΙ
ΜΙΑΗ

194 *Kyra.* Marmor album, quod inmissum muro interiori aediculae dictae Ἡ κοίμησις τῆς Θεοτόκου reperit Jamot; equidem m. Septembri 1896 frustra quaesivi in parietibus, qui, quamquam plane deserta est insula, nuper nova calce illiti esse visi sunt.
Jamot, *Bull. de corr. Hell.* 13, 1889, p. 186.

ΘΟΙΘΡΟΥΡΟΙΜΑΙ..

Τ]αὶ φρουραί μ' ἀ[ν]έθεν --

Ad definiendum titulum maxime facit orthographia OV, e qua certum est eum posuisse neque Aeginetas, quos putat Jamot, neque Athenienses, de quibus cogitat. Sed quadrat ad Corinthios: hos ante pugnam ad Cecryphaliam commissam Ol. 80, 3, cum Aeginetarum erant socii (Thucyd. 1, 105), praesidium collocasse in insula testis est titulus noster. Mutandum nobis erat spiritus signum, quod quam dubium fuerit ipsi Jamotio, eius monstrant verba: »*l'estampage laisse deviner avant l'O le signe archaïque de l'aspiration* Θ«. Redacta erat dedicatio in versum dactylicum.

PARS TERTIA.

CORINTHIA.

I. CROMMYON.

195 In vico deserto *Kineta*, qui est inter Ἁγίους Θεοδώρους (Crommyonem) et saxa Scironia, supra portam ecclesiae stela instructa aetomate, in quo rosa, et acroteriis, l. 0,38. *Crommyone* asportata esse potest.
Ross, Inscr. Graec. ined. I 66. C. Keil ex apographo Welckeri Museum Rhenanum 14, 1859, p. 508. Göttling, *Gesammelte Abhandlungen* 1, 125. Le Bas-Foucart, *Voyage archéol.* II 86. Cf. Usener, *Götternamen* 307 adnot. 18. *Exscripsit Fredrich; vidi.*

ΑΙΠΟΛΛΩΝΙΑ
ΔΙΟΝΥϹΙΟΥ
ΓΥΝΗΧΑΙΡΕ
vacat

Var. lect. Vs. 1 in. ΑΠ Göttling.

Αἰπολλωνία
Διονυσίου
γυνή· χαῖρε.

Titulus ultimae aetatis, lectio certa. Αἰπολλωνία orthographia mihi quidem pendere videtur e sola litterae Alpha appellatione corrupta, sicut in patriae nostrae regionibus quibusdam ä pronunciant pro α. Certe contrarium vitium atque in titulo nostro habes n. 165: α scriptum pro αι.

---

196 In vico Ἅγιοι Θεόδωροι in muro antico aediculae τοῦ Ἁγίου Θεοδώρου tabula nunc calce illita, teste Rossio marmoris Pentelici. A. 0,38. l. 0,90.
Ross, *Archäol. Zeitung* 2, 1844, 296. Welcker, Museum Rhenanum 3, 264, p. 42. Göttling, *Gesammelte Abhandlungen* 1, 125. F. Lenormant, *Revue archéol.* 1864, 1, p. 282. Le Bas, *Voyage archéol.* II 85. (Kaibel, Epigr. Graeca 463. Cougny, Anthol. Pal. III 2 p. 161 n. 428.) *Exscripsi.*

ΛΟϹΤΡΑΤΑΒΕΒΗΚΑΠΗΓΑϹΕΙϹΕΜΑϹ
ΕΙΠΟΥϹΑΔΕϹΜΟΝΩΦΥϹΙϹϹΥΝΕΙΧΕΜΕ
ΕΠΙΤΟΙϹΔΕΚΑΓΑΡ ΤΕϹϹΑΡ'ΕΚΠΛΗϹΑϹΕΤΗ
ΠΕΜΠΤΩΤΟϹΩΜΑΚΑΤΑΛΕΛΟΙΠΑΠΑΡΘΕΝΟϹ
ΑΠΑΙϹΑΝΥΜΦΟϹΗΙΘΕΟϹΟΤΩ ΔΕΡΩϹ
ΖΩΗϹΕΝΕϹΤΙΝΑΦΘΟΝΩϹΓΗΡΑϹΚΕΤΩ

Φι]λοστράτα βέβακα πηγὰς εἰς ἐμάς,
λ]είπουσα δεσμόν, ᾧ φύσις συνεῖχέ με·
ἐπὶ τοῖσ(ι) δέκα γὰρ τέσσαρ' ἐκπλήσασ' ἔτη
πέμπτῳ τὸ σῶμα καταλέλοιπα παρθένος,
ἄπαις, ἄνυμφος, ἤθεος· ὅτῳ δ' ἔρως
ζωῆς ἔνεστιν, ἀφθόνως γηρασκέτω.

Vs. 3 τοῖσ(ι) emendavit Heimsoeth apud Welckerum. Apostrophus scripta est vs. 3 in τέσσαρ', omissa in ἐκπλήσασ'.

II. ISTHMVS.

197 Stela sepulcralis cum aetomate et acroteriis in museo Atheniensi, reperta a. 1883. A. 0,76. l. 0,48. cr. 0,07. In area cavata repraesentatur vir nudus armatus, supra mortuum humi iacentem irruens ad sinistram. Titulus in aetomatis regula ita est scriptus, ut ductuum pars eius fines superet.

Monceaux, *Gazette archéol.* 9, 1884, p. 360. Loewy, *Athen. Mitth.* 11, 1886, p. 160 tab. 5. Cavvadias, *Γλυπτὰ τοῦ Ἐθνικοῦ μουσείου* I n. 751. *Exscripsi.*

Ἀλκίας Φωκεύς.

Quarto tribuerim saeculo.

198—200 Reperti sunt in fine orientali sepulcreti haud procul a ludorum Isthmiacorum loco lapides marmorei aequales tres, tegentes sepulcra. In parte superiore et inferiore ornati sunt cymatiis; tituli in partibus lateralibus. A. 0,30. l. 1,50. cr. 0,80. Monceaux eos sine dubio tulisse dicit statuas equestres. In unius parte superiore cerni foramina ad affigendum signum.

Monceaux, *Gazette archéol.* 10, 1885, p. 412.

198	ΠΟΛ.ΣΤΡΑΤΟΥ	Πολ[υ]στράτου.
199	ΑΡΙΣΤΑΓΟΡΑΣ	Ἀρισταγόρας.
200	ΠΑΝΤΑΚΑΡΙΔΑ	Παντα[χ]αρίδα.

N. 199 cum secundum editoris descriptionem nomini feminini non sit locus, titulus recedens a reliquis exhibere credendus est casum nominativum.

N. 200 emendavi. Πανταχαρίδας formatum sicut Ἀττυχαρίδες in lamina Styriensi n. 372, 52 Röhl.

201 Lapis longus, cuius latera duo obliqua. Pars superior margine est instructa centimetros duos eminente, in quo titulus.

Monceaux, *Gazette archéol.* 9, 1884, p. 361.

ΤΕΙΣΑΝ...ΧΟΣ — Τεισάν[δρι]χος,
ΕΥΤΥΧΟΣ — Εὔτυχος,
ΕΥΚΛΙΑΔΑΣ — Εὐκλί(α)δας
ΠΟΣΕΙΔΑΝΙ — Ποτειδᾶνι.

Restitui. Vs. 3 videtur erravisse aut lapidarius (fortasse bis scripserat Δ) aut editor.

202 Magna statua Neptuni, reperta, ut fertur, Corinthi aliquot ante 1764 annos et asportata Romam. Titulus in capite delphini, qui est ad pedes dei.

Winckelmann, *Geschichte der Kunst des Alterthums* II p. 333 editionis primae. (Zeune ad Christii *Abhandl. über die Litteratur u. Kunstw.* 246. Boeckh, C. I. G. I 1105. Overbeck, *Griech. Kunstmythologie* 3 p. 292 n. 18.)

Π.ΛΙΚΙΝΙΟΣ — Π(όπλιος) Λικίνιος
ΠΡΕΙΣΚΟΣ — Πρεῖσκος
ΙΕΡΕΥΣ... — ἱερεὺς ----

In delubro Neptuni Isthmiaco collocatum fuisse hoc donarium, veri est simillimum. De titulo conferas, quae adnotavimus ad sequentem.

203 Olim in *Isthmo*, nunc Veronae in museo lapidario (n. 73). Stela infra fracta, a. 1,24. l. 0,63.

Spon, Itin. T. III, pars III p. 225. Misc. erud. antiq. X, 111 p. 363. Wheler, Itin. p. 438. (Muratori, T. I p. CXXXVII.) Maffeius, Museum Veronense p. XXXIX. (Boeckh, C. I. G. I 1104.) Cf. Curtius, *Peloponnesos* 1, 544. *Exscripsi.*

ΘΕΟΙΣ ΠΑΤΡΙΟΙΣ
ΚΑΙΤΗ ΠΑΤΡΙΔΙ
ΠΛΙΚΙΝΙΟΣΠΥΛΙΜΠΡΕΙΣΚΟΣ
ΙΟΥΟΥΕΝΤΙΑΝΟΣΑΡΧΙΕΡΕΥΣΔΙΑ
ΒΙΟΥΤΑΣΚΑΤΑΛΥΣΕΙΣΤΟΙΣΑΠΟΤΗΣ
ΟΙΚΟΥΜΕΝΗΣΕΠΙΤΑΙΣΘΜΙΑΠΑΡΑΓΕΙΝΟ
ΜΕΝΟΙΣΑΘΛΗΤΑΙΣΚΑΤΕΣΚΕΥΑΣΕΝ
ΟΑΥΤΟΣΚΑΙΠΟΠΑΛΑΙΜΟΝΙΟΝΣΥΝΤΟΙΣ
ΠΡΟΣΚΟΣΜΗΜΑΣΙΝ ΚΑΙΤΟΕΝΑΓΙΣΤΗΡΙΟΝ
ΚΑΙΤΗΝΙΕΡΑΝΕΙΣΟΔΟΝΚΑΙΤΟΥΣΤΩΝ
ΠΑΤΡΙΩΝΘΕΩΝΒΩΜΟΥΣΣΥΝΤΩΠΕΡΙ
ΒΟΛΩΚΑΙΠΡΟΝΑΩΚΑΙΤΟΥΣΕΝΚΡΙΤΗΡΙ
ΟΥΣΟΙΚΟΥΣ ΚΑΙΤΟΥΗΛΙΟΥΤΟΝΝΑΟΝΚΑΙΤΟ
ΕΝΑΥΤΩΑΓΑΛΜΑΚΑΙΤΟΝΠΕΡΙΒΟΛΟΝ ΤΟΝΤΕ
ΠΕΡΙΒΟΛΟΝΤΗΣΙΕΡΑΣΝΑΠΗΣΚΑΙΤΟΥΣΕΝΑΥΤΗ
ΝΑΟΥΣ ΔΗΜΗΤΡΟΣ ΚΑΙΚΟΡΗΣΚΑΙΔΙΟΝΥΣΟΥ
ΚΑΙΑΡΤΕΜΙΔΟΣ ΣΥΝΤΟΙΣΕΝΑΥΤΟΙΣΑΓΑ[illegible]
ΜΑΣΙΝΚΑΙΠΡΟΣΚΟΣΜΗΜΑΣΙΝΚΑΙΠΡΟΝΑ[illegible]
ΕΚΤΩΝΙΔΙΩΝΕΠΟΙΗΣΕΝ ΚΑΙΤΟΥΣΝΑΣ[illegible]
ΤΗΣΕΥΣΤΗΡΙΑΣΚΑΙΤΗΣΚΟΡΗΣ ΚΑΙΤΟΠΛ[illegible]
ΤΩΝΕΙΟΝΚΑΙΤΑΣΑΝΑΒΑΣΕΙΣΚΑΙΤΑΑΝΑΛΗΜ
ΜΑΤΑΥΠΟΣΕΙΣΜΩΝΚΑΙΠΑΛΑΙΟΤΗΤΟΣΔΙΑ
ΛΕΛΥΜΕΝ ΑΕΠΕΣΚΕΥΑΣΕΝΞ ΟΑΥΤΟΣΚΑΙ
ΤΗΝΣΤΟΑΝ ΤΗΝΠΡΟΣΤΩΣΤΑΔΙΩΣΥΝ
ΤΟΙΣΚΕΚΑΜΑΡΩΜΕΝΟΙΣΟΙΚΟΙΣΚΑΙΠΡΟΣ
ΚΟΣΜΗΜΑΣΙΝ ΥΠΕΡΑΓΟΡΑΝΟΜΙΑΣ
ΑΝΕΘΗΚΕΝ
ΥΠΟΣΧΕΣΙΣΠΛΙΚΙΝΙΟΥΠΡΕΙΣΚΟΥ
ΕΑΝΜΟΙΠΩΛΗΣΗΤΕΤΗΣΛΕ[illegible]ΗΣΡΗΓΛΙΑ
[illegible]ΠΟ[illegible]

Var. lect. Priores vs. 17 extr. plenius ΑΓΑΛ ‖ vs. 18 ΝΑΟΙϹ ‖ vs. 19 ΝΑ ΟΥϹ ‖ vs. 20 ΠΛΟΥ ‖ vs. 28. 29 solus habet Maffeius, vs. 29 praebens ΛΕΓΟΥΜΕΝΗϹ, falso ut arguit spatium.

Θεοῖς πατρίοις
καὶ τῇ πατρίδι.
Π(όπλιος) Λικίνιος Π(οπλίου) υ(ἱὸς) Αἰμ(ιλίᾳ) Πρεῖσκος
Ἰουουεντιανός, ἀρχιερεὺς διὰ
βίου, τὰς καταλύσεις τοῖς ἀπὸ τῆς
οἰκουμένης ἐπὶ τὰ Ἴσθμια παραγεινο-
μένοις ἀθληταῖς κατεσκεύασεν.
ὁ αὐτὸς καὶ τὸ Παλαιμόνιον σὺν τοῖς
προσκοσμήμασιν καὶ τὸ ἐναγιστήριον
καὶ τὴν ἱερὰν εἴσοδον καὶ τοὺς τῶν
πατρίων θεῶν βωμοὺς σὺν τῷ περι-
βόλῳ καὶ προνάῳ καὶ τοὺς ἐνκριτηρί-
ους οἴκους καὶ τοῦ Ἡλίου τὸν ναὸν καὶ τὸ
ἐν αὐτῷ ἄγαλμα καὶ τὸν περίβολον τόν τε
περίβολον τῆς ἱερᾶς νάπης καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ
ναοὺς Δήμητρος καὶ Κόρης καὶ Διονύσου
καὶ Ἀρτέμιδος σὺν τοῖς ἐν αὐτοῖς ἀγάλ-
μασιν καὶ προσκοσμήμασιν καὶ προναίοις
ἐκ τῶν ἰδίων ἐποίησεν καὶ τοὺς ναοὺς
τῆς Εὐετηρίας καὶ τῆς Κόρης καὶ τὸ Πλου-
τώνιον καὶ τὰς ἀναβάσεις καὶ τὰ ἀναλήμ-
ματα ὑπὸ σεισμῶν καὶ παλαιότητος δια-
λελυμένα ἐπεσκεύασεν. ὁ αὐτὸς καὶ
τὴν στοὰν τὴν πρὸς τῷ σταδίῳ σὺν
τοῖς κεκαμαρωμένοις οἴκοις καὶ προσ-
κοσμήμασιν ὑπὲρ ἀγορανομίας
ἀνέθηκεν.
Ὑπέσχετο Π(οπλίου) Λικινίου Πρείσκου·
ἐάν μοι πωλήσητε τῆς λεγ(ομ)ένης ῥηγλα-
- - - - - - σο - - - - - -

P. Licinium Priscum Iuventianum Neptuni fuisse sacerdotem monstrat huius dei dedicata ab eo imago n. 202 — ubi quidem alterum deest cognomen, sicut in nostri vs. 28 —, neque dubitabimus quin eiusdem dei pontifex maximus perpetuus postea factus sit.

Vs. 5 »καταλύσεις sunt *deversoria*: cf. Perizon. ad Aelian. V. H. IV, 9. nos ad Pind. Explicatt. p. 201« (Boeckh). — Vs. 8 Palaemonium in Isthmo erat τοῦ περιβόλου ἐντός sc. Neptuni (Paus. 2, 2, 1), quod ipsum περίβολον, cuius muri hodie etiam extant rudera (cf. Monceaux, *Gazette archéol.* 9, 274 sq.), designatum esse putandum est vs. 11 sq. atque vs. 12 eiusdem dei πρόναος, quem memorat Pausanias 2, 1, 7. — Vs. 12 »Ἐγκριτήριοι οἶκοι sunt cubicula, ubi athletae probantur et iudicatur de admittendis illis« (Boeckh). Iudices luctatorum ἐνκριταί audiunt in titulo apud Heberdeium et Wilhelmum, *Reisen in Kilikien* p. 30 n. 68. — Vs. 15 τὸ περίβολον τῆς ἱερᾶς νάπης: murus qui totum ludorum locum cingebat. — Vs. 20 Εὐετηρία pro Cereris cognomine sumendum est cum Usenero, *Götternamen* 369. — Vs. 21 ἀναβάσεις puto esse scalas ducentes ad templa in loco edito collocata; ἀναλήμματα recte interpretatur Boeckh »muros substructos«; cf. ἀνάλημμα a Cnidiis Apollini Delphico dicatum, *Bull. de corr. Hell.* 20, 1896, p. 636. — Vs. 23. Novum enuntiatum incipiens ab ὁ αὐτὸς καί, sicut id vs. 8 distinguitur versu novo, a praecedentibus diremptum est interpunctione ⁝ et spatio vacuo. — Vs. 24 sq. »de stadio v. Paus. II, 1, 7. Οἶκοι κεκαμαρωμένοι *cubicula fornicata*« (Boeckh). — Vs. 26 ὑπὲρ ἀγορανομίας i. e. ad significandam gratiam pro aedilitate Licinio a populo commissa, ut porticum et cubicula eum destinavisse appareat ciborum venditoribus, qui cum ludi celebrabantur confluebant.

Vs. 28 sqq. pollicetur Licinius se insuper aliquid praestiturum esse, si quid populus ei vendiderit, sive potius certos reditus publicos locaverit. Vix enim recte putavit Boeckh, pollicitationem aedilis propositam esse privatis, »qui ipsi certam quandam mercem vendituri essent«. — Vs. 29. Post ΙΛ nulla erat littera. ΡΗΓΛΙΛ: χρυσοῦ ῥηγλίου est in edicti Diocletiani fragmento Elateensi vs. 36 (n. 30 Mommsen, C. I. G. Sept. III 118). Aperte ῥήγλιον deminutivum est vocis ῥῆγλα, qua redditur Latinum *regula* (cf. Paris, *Bull. de corr. Hell.* 9, 238. Mommsen, *Hermes* 25, 26 adnot. 4). Sed loco nostro pluralis ῥῆγλα stetisse nequit, cum requiratur genetivus vocis femininae, ut derivatum aliquod fuisse dixeris, qualia formata esse monstrat ῥηγλιάζειν, quod ex Epiphanio III 281 *A* affert Sophocles in lexico interpretatus: »*regula aequare modo (frumentum)*«.

---

204 Tabula marmorea marginata, ad quam adhibita est aedificii antiquioris pars denticulis instructa. Reperta est a. 1893 prope murum, qui aetate Byzantina ad claudendam portam meridionalem delubri Neptuni exstructus est. Iacet sub divo Neo-Corinthi ante demarchium. A. 0,64. l. 0,96. cr. 0,26.

Monceaux, *Gazette archéol.* 9, 1884, 277. Skias, Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. 1893, p. 123 n. 13. *Exscripsi.*



Var. lect. Skias, qui properantem se exscripsisse confitetur, per errorem ut versum nonum e tertio iterat ΦΥΛΑΞΗ.

† Φῶς ἐκ φωτός, Θεὸς
ἀληθινὸς ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ,
φυλάξῃ τὸν αὐτοκράτορα
Ἰουστινιανὸν καὶ τὸν
πιστὸν αὐτοῦ δοῦλον
Βικτωρῖνον ἅμα τοῖς
οἰκοῦσιν ἐν Ἑλ(λ)άδι τοὺς κ(α)τ(ὰ) Θε(ό)ν
ζῶντας. †

Titulus noster exscriptus extat in relatione, quam invenis in Chronici Paschalis editione Bonnensi II p. 254: »Ἐν ἔτει ͵ϛϡκγ' [1415], ἰνδ. η', Μαρτίου κδ', ἡμέρᾳ Παρασκευῇ Μεγάλῃ ἦλθεν ὁ βασιλεὺς ὁ μακαρίτης κύριος Μανουὴλ ἐν τῷ λιμένι τῶν Κεγχρεῶν καὶ τῇ η' Ἀπριλίου ἤρξατο ἀνακαθαίρειν καὶ ἀνοικοδομεῖν τὸ Ἑξαμίλιον [id est Isthmi nomen Byzantinum, quo etiam utuntur hodierni], ὅπερ ἐστὶ μῆκος ὀργυιὰς ͵ϛω'. Ἀνέστησε δὲ πύργους ἐπ' αὐτῷ ρνγ'. Εὑρέθησαν δὲ καὶ γράμματα ἐν μαρμάρῳ λαξευτὰ κατὰ τὸ μέρος τὸ ἐν τῇ Ἑλλάδι λέγοντα οὕτως — secuntur tituli verba, nisi quod post Βικτωρῖνον pergitur: καὶ πάντας τοὺς ἐν Ἑλλάδι οἰκοῦντας, τοὺς ἐν Θεῷ ζῶντας«. Eadem narrans Georgius Frantzes (p. 107 sq. ed. Bonn.) sic exhibet tituli finem: καὶ πάντας τοὺς ἐν τῇ Ἑλλάδι οἰκοῦντας, τοὺς ἐκ Θεοῦ ζῶντας. Emendare enim studuerunt accusativi et dativi copulationem et haeserunt in falsa orthographia θεῶν.

205 Veronae in museo lapidario n. 29 tabula marmorea marginata, a. 0,60. l. 0,72. Erat Venetiis, asportata ex Peloponneso a Sigismundo Alberghetto.

»Muratorius T. IV p. MDCCCXV. 2 cum lemmate: 'Venetiis ap. Io. Bapt. Alberghettum; misit Apostolus Zenus'. Maffeius Mus. Veron. p. LXVI. 2 indeque Blanchinus Hist. eccl. Part. II p. 333 (cf. Corsini Not. Gr. p. 25); aeri incisum dedit Venturius *Guida al museo di Verona* T. I tab. XI. ad p. 95 n. 29 (cf. p. 101). Ex collect. manuscr. Marinii Vaticana repetiit A. Maius, Scriptorum vett. nov. coll. T. V p. 29 n. 3 litteris minusculis.« (Kirchhoff, C. I. G. IV 8640.) *Exscripsi.*



† Ἁγ(ία) Μαρία, Θεοτόκε, φύλαξον
τὴν βασιλείαν τοῦ
φιλοχρίστου Ἰουστινιανοῦ
καὶ τὸν γνησίως
δουλεύοντα αὐτῷ
Βικτωρῖνον σὺν τοῖς
οἰκοῦσιν ἐν Κορίνθῳ κ(ατὰ) Θε(ὸ)ν
ζῶντας. †

Corinthi sive prope Corinthum fuisse arguit vs. 7. Collocavisse Victorinum crediderim hanc sanctae Virginis invocationem iuxta praecedentem Salvatoris; certe seiungere lapides nolui. In nostro etiam falso et Θεὸν scripsit et ζῶντας.

206 *Cenchreae.* Tabula marmorea, inmissa muro antico domus in vico Κεχριαῖς. A. 0,24. l. 0,56.

Foucart in additamentis ad Le Bas, *Voyage archéol.* II 95 *b*. *Exscripsi.*

Λ·ΙΟΥΛΙΟΣ·ΝΕΙΚΟ
CΤΡΑΤΟC·CΑΡΔΙΑΝΟC·
ΠΑΙC·ΠΑΛΑΙCΤΗC·ΑCΙ
ΟΝΕΙΚΗCΕΤΩΝ·ΙΗ·

Λ(ούκιος) Ἰούλιος Νεικό-
στρατος Σαρδιανός,
παῖς παλαιστής, Ἀσι-
ονίκης, ἐτῶν ιη'.

Ἀσιονίκης: »victor ludis dictis κοινὰ τῆς Ἀσίας« (Foucart).

207 *Cenchreae.* Tabula marmorea, inmissa muro antico domus cuiusdam supra portam. A. 0,27. l. 0,28. *Exscripsi.*

ΦΛΑΒΙΟΙΤΡΩΙΛΟΙ
ΦΩΚΑΕΙC·ΑΔΕΛΦΩ
ΚΑΙΑΠΦΥΔΙ·ΒΟΥΚΟΛΑ
ΜΝΕΙΑCΧΑΡΙΝ
ΗΡΩC ΧΡΗCΤΕ
ΧΑΙΡΕ

Φλάβιοι Τρωίλοι
Φωκαεῖς ἀδελφῷ
καὶ Ἀπφύδι βουκόλα
μνείας χάριν.
ἥρως χρηστέ,
χαῖρε.

Nomen indicare fratris sepulti supervacaneum erat, nam et ipsum audivisse patet Φλάβιος Τρωίλος; nomen fuisse mortuo Ἀδελφός non credo. Ἀπφύς videtur fuisse eius uxor; adscripta erat βουκόλων collegio Bacchico, mulier quae nobis nota sit non prima; in catalogo enim bucolorum Pergamenorum (*Inschriften von Pergamon* 486), restituto a Prottio ex inscriptione postea reperta (*Athen. Mitth.* 24, 1899, p. 180), est Ἰουλία Σπο - - .

Varia lectio Richardsonii. Vs. 3 in. ΤΕΟΣ; in fine omissum ΙΣΤΙΑ ||; vs. 8 in. . Ε (pro . ͞Ε). Tum ad ΠΩΛΑ adnotat: »*the reading may be* πωδηθίες, *as the second letter looks like an omicron changed to an omega or vice versa, and the next letter is a possible delta*«; mihi quidem certum videtur Ω et valde veri dissimile Δ, quae littera in reliquo titulo minor exarata est quam Α.

'Ιαρο]μνάμονες Ἥρας αἱ ἐ[πὶ τοῦ δεῖνος,
Ἀ]ριστοκράτης Τιμαγόρου, [ὁ δεῖνα ....
τ]εος, Τιμωνίδας Ἱππιαί[ου ἀνεγράψαντο τοὺς ἐγ-
γυεύσαντας εἰς αὐτοὺς [ἀπελευθέρων τῶνδε·
Ἀρχεσίδα Ἑρμογένης γαι, Με- - - - -
Λαφαΐβου Ἀνδρικὸς γαι, Φαιν[ας - - - -
σίας γαι, Φαινίας Δαμοίτα[ς (s. -τα[δας) - -
γαι]ι, Αἰσχρῖνος Πωλαθέες - - - - - -
Ἀρχιδος (s. Ἀρχίδας) [γ]αι Ἀντικίστρα - - - - -
τος Ναυπλία αα, Ἀρισ[τ- - - - - -
ντας Ὑάδαι Φιλιστὼ γαι, Κ- - - - -
εύας γαι, Κλεοκράτεος - - - - - -
Φιλονίκας Σμυρείδα[ι - - - - - -
γ[α]ι, Θεοδοτίας Ῥωμαία - - - - -
Ἀγαθῖνος ἐν Ἄργει Ν- - - - - -
ξένας Κερκάδαι Θεο- - - - - - -
μεκλῆς Ἀριστὼ γαι, Σο- - - - - -
Φιλιστίων γαι, Θεοφάν[ευς - - - - -
Κ]ρατύλας Λυκόφρ[ων - - - - - -
κ]ράτεος Ναυπλία - - - - - - - -
... Διονυσίου Κ- - - - - - - -
...είας Διόδ[ωρος - - - - - -

Vs. 1 sq. ἐγ]γυεύσαντας (vs. 3 sq.) recte supplevit Richardson, de verbo relegans ad titulum Delphicum apud Wescher-Foucart n. 139; reliqua praescriptorum supplementa exempli gratia posui, ut argumentum tituli cognoscatur. ἐγγυεύσαντας εἰς αὐτοὺς intellege »qui se spondere professi sunt coram hieromnemonibus«, et spoponderant quidem manu mittendi pretium liberatos deae esse soluturos. Hieromnemones videntur fuisse quattuor sicut in titulo n. 517 itemque primo loco indicatus fuerit eorum antistes. Catalogi ratio ea est, ut manu missi nomen indicatum casu genetivo (pendente ut videtur ab ἐγγυεύσαντας, quod cum hoc casu positum quoque est in titulo Delphico) sequatur nomen sponsoris, cui additur sigla γαι, quae quid sibi velit nescio (quod fortasse conieceris eam esse pro ἀπελευθεριάσας, moneo Pl legi non posse). Vs. 10 altera est sigla non minus obscura AA. Sigla semper, ubi satis servatus est lapis, sequitur sponsoris nominativum, excepto versu nono, ubi collocata est inter manumissi genetivum et mulieris spondentis nominativum. Tria occurrunt pluralia, omnia ut videtur posita inter genetivum et nominativum: vs. 8 Πωλαθέες, vs. 11 Ὑάδαι, vs. 16 Κερκάδαι, quibus recte supplendo addidit R. vs. 13 Σμυρείδα[ι; his putaverim designari sodalicia, quae spoponderint vice eius cuius nomen sequitur, manumissoris scilicet: Delphis certe constat sodalicia consuluisse manumissis (cf. E. Curtius, *Gesammelte Abh.* 2, 403). Πωλαθέες Diels interpretatus »*nutritores equorum*« derivat a voce nobis non tradita πωλαθός, quae aeque formata sit a πῶλος atque ψάμαθος, ὄρμαθος a ψάμμος, ὅρμος. Ὑάδες designaverit »*nutritores suum*«; cf. phylam Sicyoniam a Clisthene vocatam Ὑᾶται (Herodot. 5, 68). Κερκάδαι sunt »*textores*«, Σμυρείδαι »*qui smyride utuntur*«, ad acuendum credo instrumenta metallica vel ad poliendum. Alia huiusmodi collegia hominum, qui quaestum faciunt Argis floruisse testantur tituli n. 581. 607. 608. — Vs. 10 Ναυπλία, vs. 14 Ῥωμαία nomina censenda mulierum, non ethnica.

531 Ex Heraei ruinis transportatum erat in vicum Χώνικα. Titulus incolumis.

Bursian, *Bullettino d. Inst.* 1854 p. XVI typis vulgaribus. (Foucart, Additamenta ad Le Bas, *Voyage archéol.* II 111*a*. Prellwitz, *Dialektinschr.* 3302. Cophiniotis, Ἱστορία τοῦ Ἄργους I 136.)

ΑΔΜΑΤΑΣ Ἀδμάτας.

Titulum intellexit Foucart fuisse sub statua Admetae, Eurysthei filiae, Iunonis Argivae sacerdotis (Syncell. I p. 324 Dind. ex Hellanico = Müller, Fragm. hist. IV 633), quae teste tabula clarissima in villa Albani collocata (Jahn, *Bilderchroniken* tab. V. Kaibel, Inscr. Ital. 1293 *D*) in munere fuisse credebatur, cum Hercules inter deos receptus est. Adfert Foucart Pausaniam 2, 17, 3: ἀνδριάντας τε ἐστῶσι πρὸ τῆς ἐσόδου (Heraei) καὶ γυναικῶν, αἳ γεγόνασιν ἱέρειαι τῆς Ἥρας.

532 Fragmentum in museo Atheniensi, supra incolume; in latere summo foramina duo. Repertum supra aedificii occidentalis murum ad orientem spectantem. A. 0,18. l. 0,23. cr. 0,30.

Wheeler, *American Journal of Archaeology* 9, 1894, p. 359 n. X. — *Contuli.*

-α Φιλιστίδα
-ο κόσμιος
[ἐκ]τευε τεὸς α-
-ης Φιλιστ[ιδ-
ἀδ]ελφὲς
αιε -
- - -

Fortasse erat dedicatio iambica, et videtur quidem collocavisse frater imaginem Philistidis sororis, quae fuerit Iunonis sacerdos. Vs. 3 -ο]υ ἔτεος Wh., sed ante Y residuum est litterae Ny.

533 Fragmentum in museo Atheniensi; margo dexter servatus. A. 0,23. l. 0,11. cr. 0,15.

Wheeler, *American Journal of Archaeology* 9, 1894, p. 359 n. XI. — *Exscripsi.*



- - - - - - -
- - - - - - -
- - - - - Κλ]εοσθε-
ν - - - - ἀνέστησ]εν
- - - - - -α]ντα
- - - - -

Var. lect. Vs. 5 ΠΑ sive ΙΤΑ Wh.

534 Fragmentum in museo Atheniensi. A. 0,15. l. 0,23. cr. 0,14. Litterae a. 0,03. — *Exscripsit Fredrich; contuli.*



Αὐτοκρ]άτο[ρ]α [Καίσαρα Νέρ-
ουαν] Τραιανὸ[ν Σεβασ-
τόν, θε]οῦ Νέρο[υα υἱὸν κτλ.

535 Fragmenta duo eiusdem tabulae marmoreae; litterae altae circa 0,07. *a* a. 0,26. l. 0,16. cr. 0,07. *b* a. 0,25. l. 0,22. cr. 0,07. Nunc in museo Atheniensi.

Richardson, *American Journal of Archaeology* 11, 1896, p. 57 n. XVII. — *Exscripsi.*

a



b

a -ο]ν Σε[βαστόν.
b Ἀδρ]ια[νοῦ(?), Τρα]ϊα[νοῦ(?)
-- αὐτοκρά]τορο[ς --

536 Fragmentum marmoreum in museo Atheniensi. A. 0,20. l. 0,14. cr. 0,14. Litterae 0,03. — *Exscripsit Fredrich.*

- - -
ς'
-ν ἀπὸ
-ων τ-
- - - -

537 Fragmentum lapidis calcarii ab omnibus partibus mutilum, in museo Atheniensi. A. 0,14. l. 0,13. cr. 0,10. — *Exscripsi.*



[- - - - - - - - - - - γυναῖκα
- - - - - α], θυγ[ατέρα δὲ
- - - - κρα]τίδα, ὁ - - - - -

---

538 «Στῇ Κονικῇ ἐν Κλαρίᾳ» e schedis Fourmonti Boeckh, C. I. G. 1149. — Voce Κονικῇ (et Κονικῇ n. 539) quin Fourmont designare voluerit vicum Χώνικα prope Heraeum situm non est dubium; quadrat additamentum ἐν Κλαρίᾳ, quod explicare quidem non possum, sed sic denominare Fourmontum viciniam Argorum urbis patet e lemmate eius στῇ Πλατανίτῃ ἐν Κλαρίᾳ adiecto ad titulum n. 589, qui hodie etiam extat in vico *Platanití.*

. . Ο Σ Α Ν Τ Ω Ν Ι Ο Σ . . .
. . Ο Σ Μ Ο Σ

Praenomen desinens in]ος Ἀντώνιος
- - - - - -ος Μοσ[χίων s. Κ]όσμος(?)

539 Anaglyphum marmoreum marginatum, inmissum muro meridionali ecclesiae vici Μέρμπακας, a. 1,01. l. 0,79. Repraesentatur mulier inter viros duos. Titulus in margine superiore.

E schedis Fourmonti (cum lemmate στῇ Κονικῇ ἐν Κλαρίᾳ; cf. lemma nostrum n. 538) Boeckh, C. I. G. 1151. E schedis Quineti *Expédition de Morée* 2, p. 96 n. 4 et Le Bas, *Inscriptions recueillies par la commission de Morée* 3, 1837, p. 187 n. 57. Ross, Inscr. Graec. ined. I 18. (Le Bas-Foucart, *Voyage archéol.* II 134. Cophiniotis, Ἱστορία τοῦ Ἄργους I p. 114 n. 7.) — *Exscripsit Fredrich.*

Ε Υ Π Ο Ρ Ο Σ   Ε Υ Π Ρ Α Ξ Ι Σ Ζ Η Α Ν Τ Ε Ρ Ω Σ
Α Ν Τ Ε Ρ Ω Τ Ο Σ

Var. lect. Vs. 1 ΣΗ Ross, ΞΗ Fourm., ΞΡ Quinet || vs. 2 in. ΑΛΙΞΕ ΒΑΤΟΣ Fourm.

Εὔπορος   Εὐπρᾶξις ζῆ. Ἀντέρως.
Ἀντέρωτος.

Xi formam eam exhibet singularem, de qua dictum est ad n. 191. Ante Eupraxim, quae lapidem posuit, mortui erant eius coniux Euporus et amborum filius Anteros.

---

540 In fundo lucernae fictilis.

Bursian, *Bullettino d. Inst.* 1854, p. XVI.

Χ Ι Ο Ν Η Σ   Χιόνης.

Cf. n. 369.

541—551 *Lateres cocti.*

541. 542 Tegula magna in museo Atheniensi n. 10736, a. 0,99. l. 0,48, in qua campi signati duo, quorum altitudo est 0,025, latitudo 0,17. Anno 1874 reperta a Schliemanno in vico Χώνικα. — *Exscripsi.*

541 Σ Ω Κ Λ Η Σ Α Ρ Χ Ι Τ Ε Κ Τ Ω Ν

542 Δ Α Μ Ο Ι Ο Ι Η Ρ Α Σ

541 Σωκλῆς ἀρχιτέκτων.   542 Δαμόσιοι Ἥρας.

Praeterea lateres signati titulo n. 541 extant in museo Atheniensi novem magis minusve integri, quorum octo reperti sunt in compluribus Heraei locis, ut cuius aedificii fuerint non constet (cf. Richardson, *American Journal of Archaeology* 9, 1894, p. 341 et 11, 1896, p. 59 n. I), unum invenit Stamatakis in ruderibus sepulcrorum posteriore aetate constructorum in sede tholi siti ab Heraeo inter septentriones et occasum (v. *Athen. Mitth.* 3, 1878, p. 279. 286). Frustulum exempli decimi repertum in Heraei porticu ad occasum spectante extat Argis in museo (Richardson, *American Journal of Archaeology* 11, 1896, p. 59 adn. 1). — Laterum aliorum signatorum titulo n. 542 fragmenta duo sunt in museo Atheniensi (Richardson, *American Journal of Archaeology* 9, 1894, p. 342; 11, 1896, p. 59 n. II).

In n. 542 legendum est δαμόσιοι, cum manifesto pro Sigma vocis δημόσιοι e more Argivorum noto usurpetur spiritus. Subaudiri ad adiectivum potest κέραμοι sive καλυπτῆρες.

---

543 In museo Atheniensi. Campi signati altitudo 0,015.

Richardson, *American Journal of Archaeology* 11, 1896, p. 59 n. II. — *Exscripsit Fredrich.*

Μ Ο Ι Ο Ι   Δα]μόσιοι.

Cf. n. 542. In nostro, cum campus signatus ad dextram incolumis sit, aut deerat Ἥρας aut antepositum erat.

---

544 In museo Atheniensi reliquiae exemplorum quattuor, repertae in colle meridionali, ab aedificio, quod ad occasum spectat, inter meridiem et orientem. Altitudo campi signati 0,025.

Richardson, *American Journal of Archaeology* 9, 1894, p. 349. — *Exscripsit Fredrich.*

Ε Π Ι Π Ο Λ Υ Γ Ν Ω   Ἐπὶ Πολυγνώ(του).

---

545 In museo Atheniensi. Repertum in aedificio, quod ad occasum spectat. Campi signati altitudo 0,04.

Richardson, *American Journal of Archaeology* 9, 1894, p. 348. — *Exscripsit Fredrich.*

Ε Π Ι Ν Ι Κ Ο
Α Σ   Ἐπὶ Νικο - -
Ἀ[σ - - - - -

---

546 Exempla duo, quorum alterius titulus teste editore incolumis. Campi signati altitudo 0,05; latitudo 0,10; litterae altae 0,02.

Richardson, *American Journal of Archaeology* 9, 1894, p. 350. 11, 1896, p. 60 n. III.

Ε Π Ι Κ Ο Ρ
Μ Α Κ Ι Α

Legendum erit: Ἐπὶ Κορ(νηλίου) | Μακία.

---

547 In museo Atheniensi. Litterae altae 0,01.

Richardson, *American Journal of Archaeology* 9, 1894, p. 349. — *Exscripsit Fredrich; contuli.*

Ἐπὶ - -]ίλου
- - - - α -

548 Exempla duo in museo Atheniensi, quorum tituli eodem loco fracti sunt. Altitudo campi signati 0,025; litterarum 0,01—0,02.

Richardson, *American Journal of Archaeology* 11, 1896, p. 60 n. IV. — *Exscripsit Fredrich; contuli.*

ΥΟΡΙΒΔ

Ἐπὶ - - -]δείρου s. Δείρου.

549 In museo Atheniensi. Campi signati altitudo 0,05.

Richardson, *American Journal of Archaeology* 9, 1894, p. 350. — *Exscripsit Fredrich; contuli.*

ΥΟΙΔΥΑΛΚ
ΔΘΟϽϽΟΘΛΚ
ΑΛΕϽΥΟΥ

Κλαυδίου
Κλ(ε)οστ - -
. νους στλα (s. νου στλα).

Var. lect. Vs. 2 ΔΕ ϽϽΟΕΛΚ || vs. 3 in. ΟΥ R.

Versus alter gravibus erroribus videtur foedatus: debebatne exprimi Κλεοστθίρνους? In fine fortasse ἴλα(σμα) »constructio«, ut dicitur ἐλαίνων τεῖχος sim.?

550 In museo Atheniensi exempla duo. Campi signati altitudo 0,03.

Richardson, *American Journal of Archaeology* 9, 1894, p. 350; 11, 1896, p. 60 n. V. — *Exscripsit Fredrich; contuli.*

ΚΛΟΙϹϹΘΕΝΗϹ

Κλοισσθένης.

Per itacismum pro Κλεισθένης.

551 Exempla duo permagna, alterum Athenis in museo, alterum Argis. Compendii altitudo 0,076.

Richardson, *American Journal of Archaeology* 11, 1896, p. 59 adn. 1. — *Exscripsit Fredrich; contuli.*

Ꞅ

Significari potest τ κ γ, vix τ λ (Ͱ) ε. R. omittens lineam transversam superiorem ait esse κ λ.

III. KVTSOPODI.

Κουτσοπόδι vicus principalis est demi hodierni Μυκηνῶν; ab antiquis Mycenis et ab Heraeo inter orientem et meridiem, ab Argis ad septentriones aeque fere abest circa kilometros quinque, ut ab unoquoque horum locorum lapides huc transportari potuerint. Mihi incolae inscriptiones ibi extare negaverunt. In vicinia Fourmont vidit n. 504 et 505.

552 »Prope Kutzopodam«. E schedis Fourmonti Boeckh, C. I. G. 19. (Röhl, Inscr. antiq. 40 et Imagines inscr. p. 68 n. 13. Cauer, Delectus[2] n. 53. Prellwitz, *Dialektinschr.* 3269. Roberts, *Introduction to Greek epigraphy* 76 c.)

Τ . . . . ΙΛ . . Ι . . . . . . Τ . .
Α . . . ΙΛ . . . ΙΙ . . . . Λ . . . Α . . . .
. . . ΙΙΙ . Σ . . . ΙΙΙΛ . . . . ΣΑΝ . ΤΙ . . .
. . . . ΙΣ . . . ΙΣ . . . . ΑR . . ΤΙ
. . . ΝΥΜΑΧΟΣ ͰΥΣΙΜΑΧΟΣ ͰΥΚΟΦRΟΝ
. . . . . ΚΕΠΙΛΕΝΕΣ ΟΧΙΓΟΝ
ΕΓ . . ͰΙΜΑΧΟΣ ΚΛΘΣΤΡΑΤΟΣΛΥΤΙΜΘΙRΑ
. . . ΤΕΣΠΕΡΑFΟΙΚΟΙ . . . . ΑΝΘΙΝΘ
. . ΣΕΘΣΠΑΝΘΑͰΕΣΣΠΚͰΕΙDΑΣͰΕΥΚΙR
ΕΣ ΘΘΕͰΙΘΝ ΚΑͰͰΙΣΤΡΑΤΘΣΒΑΤΕΒΙΚR
Ν ΚΑΝΘΙΑΣ ΚͰΕΘΝ
ΑΤΕΣ ΙΘRΑΙΣ ΠΙΚΤΕΑΣ
ΑΥͰͰ

- - - - - - - - - -
- - - - - - - - - -
- - - - - - - - - -
- - - - - - - - Ἀρ[ίσ]τι[ππος,
- - - Ν[α]ύμαχος, Λυσίμαχος, Λυκόφρων
- - - Ἐπιγένης, Ὀχίπ(π)ων, - - - -
- Π[ο]λ[ύ]μαχος, Κλ[ε]όστρατος, Ἀ[ο]τιμαίρα[ς,
- - της. πε[δ]άϝοικοι· - - - - Ἀνθωσ[ς
- - στος, Πανθ[ά]λης, Σ[ω]κλείδας, Λεύκ[ιππος
- της, Ὠ[φ]ελίων, Καλλίστρατος, Ἀ[γ]ηικρ[άτης
- ν, Κανθίας, Κλέων
- άτης, [Ἀ]γέραστ[ος, Ἐ]πικτίας
- - - Ἀ]γυλλ[ος

Boeckhio debentur lectiones, quarum non indico auctorem. Vs. 4 restituit Röhl, vs. 5 nomen primum ego, vs. 6 Ὀχίπ(π)ων Prellwitz (Ὀχί[μ]ων Röhl), vs. 7 scripsi Π[ο]λ[ύ]μαχος (Röhl - πη[ος Κα]λλίμαχος). Vs. 8 πεδάϝοικοι aequare μέτοικοι intellexit Boeckh; Ἀνθωσ[ς] dedit Röhl, idem vs. 9 Λεύκ[ιππος, vs. 10 Ἀγηικράτης, vs. 12 [Ἀ]γέραστ[ος (e titulo Hermionico n. 679 vs. 36), vs. 13 Ἀ]γυλλ[ος.

553 »Κουτζοπόδη super puteum« Fourmont, e quo Boeckh, C. I. G. 18. (Röhl, Inscr. antiq. 39 et Imagines inscr. p. 67 n. 10. Cauer, Delectus[2] n. 52. Prellwitz, *Dialektinschr.* 3268. Roberts, *Introduction to Greek epigraphy* 76 b.) Cf. Fick, *Gött. gel. Anz.* 1883, 118. B. Keil, *Hermes* 29, 263.

ΕΓΡΙΑΝΤΘ ⋮ ΤΘΥFΙΚΑ . . . .
ΓΓDΙΙ ⋮ ΤΙΑΑ ⋮ ΒΒΒΒΒ . . . .
ΑFR ⋮ ΚΥͰΑΒΘΣ ⋮ ΒΥΑΡ . . .
ΓΘΙΡΕ ⋮ ΑͰΚΙΤΘΙΡΑΣ ⋮ Ι . . .
Γ ⋮ RΛΙΕΥΣ ⋮ ΙΛͰΥΚR . . . .
ΘΦΕͰͰΘΚͰΕΙDΑΣ ⋮ FͰΕ . . .
DΑΜΘΙΤΑDΑΙ ⋮ ΒΑRΙΣΤ . . .
. . Ε . . ΝΥΣΙ . . . ΒΡ . Γ . . .
. . . . . ⋮ ΚΙ . . . . . .

Ἐ]πρίαντο τοῦ[ν] ϝίκα[τι - -
ΓΓΔΙΙ, τι[μ]ά ΒΒΒΒΒ - -,
ἀϝρ(ήτευε) Κύλαβς Ὑ[λεύς, -
τ[οῖ]δ]ε· Ἀλκιτ[θ]ο[ί]δ]ας - - - -
Γ· Ἀγεύς, [Πο]λυκρ[άτης,
Ὀφελλοκλείδας, Κλε - - - -
Δαμοιτάδας. (ημίπλεθρον)· Ἀριστ - -
Δι[ϝ[ω]νύσι[ος], [Α - - - - -
- - -, Κι - - - - - - -

Vs. 1. 2 ante ϝικα[τ–, quod dubitanter dedit Boeckh, fuisse articulum constat, cum desit interpunctio; sed emendandum est τῶ[ν], nam ου orthographia non quadrat ad regionem. Crediderim fuisse genetivum partitivum, e. g. Ἐπρίατο τῶν ϝίκα[τι ἀγρῶν πλέθρα --] ΓΓΔΙΙ. Numeri enim, cum sequatur τ[ω]ά (quod debetur Keilio) cum nummorum notis, non significare possunt pecuniam, ut confirmetur notae Γ explicatio ad titulum n. 523 data; ⊢ΙΙ fuerint pro mensuris plethro uno minoribus. — Vs. 3 ἀϝε(ίτειω) recte agnovisse mihi videor (cf. ad n. 497 vs. 4), itemque phylae designationem Ὑλεύς sive Ὑλλεύς, sed quod ultimo loco traditur potius erat de Ε quam ⊢. Κύλωνς recte scripsit Röhl. Apparet tenere nos indicem rerum venditarum a magistratuum s. sacerdotum collegio. — Vs. 4 τοίδε manifesto recte Boeckh, quod est subiectum verbi ἐπρίαντο. Tum Ἀλκιτ[ϑ]ίδας Fick (Ἀλκιτείδας Boeckh). — Vs. 5 Γ praescriptum videtur, ut significetur viros qui sequuntur plethra emisse singula. Aequalis modi designatio fuisse censenda est in fine versus tertii, ad quam pertinuerit τοίδε (cf. etiam infra ad vs. 7). — Tum Ἀγεύς ego, Πο[λυ]κρ[άτης probabiliter Röhl. — Vs. 6. 7 »apertum est Ὀφελλοκλείδας: sequebatur nomen a Κλι... incipiens; qui duo homines videntur gentilicia denominatione Δαμιστάδαι dici« (Boeckh). — Tum post Θ interpunctionem Fourmont putandus est omisisse; nota, de cuius solutione cf. n. 523 vs. 5, aequo modo fuerit praescripta atque Γ vs. 5. — Vs. 8 supplevi; pro F facillimo errore exscripsit Fourmont Ε, nisi forte erat Δι]ι[ν]ύτι[ος, de quo conferas ad n. 614.

IV. ARGI.

1. DECRETA.

554 Lamina aenea olim Romae in collectione comitis Michaelis de Tyskiewicz, nunc Rotomagi in collectione Dutuit. A. 0,077—0,078. L. 0,25.
Fröhner, *Revue archéol.* 1891, 2, p. 51; tab. 19. Robert, *Monumenti antichi dei Lincei* I (1891), 593. Fröhner, *Collection Tyskiewicz* p. 79; tab. 23, 4. Idem, *Collection Tyskiewicz, vente* (1898), p. 57 n. 162; tab. 20 (quod exemplum repraesento in paulisper minorem modum redactum). (Th. Reinach, *Revue des études Grecques* 4, 171; cf. 5, 357. Blass, *Neue Jahrbücher für Philologie* 43, 1891, p. 559. Peppmüller, *Wochenschrift für Philologie* 1891, p. 860. Meister, *Berliner philolog. Wochenschrift* 1892, p. 258 f. Idem, *Indogermanische Forschungen* 1, 1892, *Anz.* p. 200. Röhl, Imagines inscr. p. 67 n. 8. Wilamowitz, *Euripides Herakles* [2] p. 103. Danielsson, Acta philologica Suecana I, 1896, p. 28. Michel, *Recueil d'inscr. Grecques* 583.)



Θ]ησαυρῶν [τῶν] τᾶς Ἀθαναίας αἴ τις (τις) ἢ τὰ]ν βωλὰν τ[ὰν] ἀμφ' Ἀρίστωνα ἢ τό(ς) συναρτύοντας ἢ ἄ]λλον τινὰ ταμιᾶν εὐθύνοι τέλος ἔχων, ἢ δικάζοι] ἢ δικάζοιτο τῶν χρημάτων, ἕνεκα τᾶς καταθέσιος ἢ τᾶς ἁλιάσσιος· τρείτω καὶ δαμευέσθω ἐς Ἀθαναίαν. ἁ δὲ βωλὰ ποτελάτω ἀντιτυχόντα· αἰ δέ κα μή, αὐτοὶ ἔνοχοι ἔντω ἐς Ἀθαναίαν.

Lamina possessori priori Hermionae reperta esse dicta est, quod, ut solent mentitos esse eos qui clam vendiderunt, patet e litteraturae indole neque fugit editores primos, qui propter litterae Lambda formam Argis titulum assignaverunt. Nunc quidem Mycenis quoque id Lambda in usu fuisse novimus e titulis n. 492. 494, quorum alter ibidem fuisse etiam testatur templum Minervae, sed cum et in titulo Argivo n. 514 litterae Beta species occurrat aequalis atque in nostri versibus 2. 6 et eadem orthographia optativi cum σζ in Argivi n. 506 versu 5 atque in nostri versu 4, probabilior videtur tituli origo Argiva quam Mycenaea.

Argumentum tituli bene perspexit Robert: in administrandis Minervae opibus aberratum erat ab ordine, de qua re δόγμα decernitur ita, ut eius delicti persecutio proposita poena severissima vetetur. Ut quomodo ducam intellegenda esse verba quam brevissime patefaciam, interpretationem continuam praemitto adnotationi, in qua nomina uncis inclusa sunt eorum, qui sententias singulas aut primi pronuntiaverunt aut probaverunt.

»Si quis magistratus propter Minervae opum administrationem punit sive senatum, cui praefuerat Aristo, sive eos qui in numero ἀρτυνῶν fuerant, sive quaestorum aliquem, aut si quis iudex sedet sive iudicium postulat propter has opes consumptas, sive de earum pensione, sive quia aliquis contioni (de eis consumendis habitae) interfuerit: fugito et confiscantor bona eius in aerarium Minervae. Exigito autem ea senatus qui tum fungetur: quod si minus fecerit, senatores rationem reddunto Minervae.«

Vs. 1 ante Θ]ησαυρ[ῶν articulum recte omittit Fröhner; deest enim spatium, scripturae initium paulum distabat a margine. Tum inter τᾶς

et Ἀθαναίας respicit scriptura foramen, quo lamina infigebatur, interpunctio ex supervacuo bis est posita. — Sub fine alterum τις soli dittographiae debetur (Rein.[1], Blass, Danielss.). Sunt qui τέττις sumant pro »quisquis« (Rob., sententia mutata Rein.[2], Wilam.); sunt alii qui αἴτιττις putent esse nomen substantivum: »postulatio« (Fröhner[1], Meister): hi quidem

vs. 2 in. supplent κατὰ]ν, quod vel refellit spatii ratio, ut certum videatur Roberti supplementum ἢ τὰ]ν. Tum τ[ὸνς] ἀνφ' Fröhner[1], Meister; τ[ὰν] cum plerisque etiam Fröhner[2], τ[ῶν] Fröhner[3]. — Ad τὸν(ς) συναρτύοντας apte laudant foedus inter Athenas Argos Mantineam Elidem a. 420 a. Chr. n. ictum apud Thucyd. 5, 47, 11: ὀμνύντων - - ἐν Ἄργει δὲ ἡ βουλὴ καὶ οἱ ὀγδοήκοντα καὶ οἱ (sic Duker pro αἱ) ἀρτῦναι, e quo loco tamen origo tituli Argiva firmari non potest, cum eandem designationem adhibuerint etiam Epidaurii, hi quidem de senatoribus: Plut. Quaest. Graec. I (p. 271 F), ubi ἄρτυνοι, quod aut corruptum est aut duae extiterunt formae; - ας enim terminationem tuetur Herodian. I 56, 2. II 653, 33 Lenz.

Vs. 3 in. ἢ ἄ]λλον supplevit Rob.; ἄλλον recte censent abundare Wilam., Danielss. — τέλος ἔχων »magistratus« cf. Thuc. in foedere iam laudato (Blass, alii) et titulum Olympicum n. 2 Dittenb., vs. 3 (Danielss.). Opponitur multa, quam (sicut Athenis) imponebant magistratus, actioni iudiciali.

Vs. 4 ἢ δικάσ]|ζων Robert, qui parvum vestigium (»una traccia«) litterae N et se animadvertisse dicit et Halbherrium. Dicere voluerit Robert se vidisse lineolam, quam de Ny esse crederet; re vera in imagine photographa conspicua quidem est umbra lineae directae, sed ad Ny non apta, ut iure suo Fröhner inspecta tabula per litteras mihi videatur indicasse: »das N am Anfang der 4. Zeile ist entschieden falsch«. Recte cum O. de Friesen apud Danielss. scripsisse mihi videor δικάσ[ζοι]· — δικασ]|τὰς Blass, ἰδίκας (i. e. ἐ(δ)δίκας). | [αἰ δ]ὲ Fröhner[1], Meister.

γράσσματα a γράω »comedo« Fröhn.[1]; ergo sunt »res consumtae« (Meist.) sive »res defraudatae« (Peppm. conferens τρώκτης). Reinach legere voluit γδασσμάτων = δασσμάτων (»tribut«, »impot«: Dareste); τῶν (ν) δασσμάτων Blass (aequat διαμεράσματα: e. g. decumae in thesauro depositae). Plerique γράσσματα sumunt esse pro γράμματα: Fröhn.[2] et Danielss. nisi Platonis legg. XII 946 D γραμμάτων κατάθεσις interpretantur »iudicii promulgatio«, Wilam. »rogationum (apud populum per litteras) latio«. At γράσμα quomodo a γράφω potuerit formari, nemo adhuc probabiliter monstravit et iure suo dubitanter de hac etymologia iudicat Kretschmer (*Griech. Vaseninschriften* 236), cum recusat analogiam formae Ἀγασίσμων, quam posuit Robert.

Vs. 5 ἐ(τ)τᾶς ἀλιάσσιος Fröhn.[1], Meist., Rein., Mich. (»*dès sa sortie de la séance judiciaire*« Fr., »*er soll aus der Versammlung fliehen*« M., »*qu'il soit exilé du corps des citoyens*« R.). ἀλίασσις »iudicium« interpretantur Blass, Danielss., Fröhn.[3]; Wilam. putat idem esse quod Atheniensibus ἐπιψήφισις; Robert contrarium quaerens vocis q. e. κατάθεσις definit »*ritiro*« o »*ripresa*« et e consilio Dittenbergeri cohaerere crediderit cum λιάζω (videntur conicere ἀ(λ)λίασσις esse pro ἀναλίασσις). Equidem quin recte iudicent non dubito qui ἀλίασσις sumant pro voce Attica q. e. ἡλίασις (de psilosi cf. Wachsmuth, *Die Stadt Athen* II 1, 361 adn. 1), ut significet »*praesentia in* ἀλίᾳ (vel ἀλιαίᾳ)«, quae vox Doriensibus quidem designat contionem populi.

τρεῖτω i. e. φευγέτω, cf. Herod. 7, 231. Plut. Agesil. 30 (Rob. alii); »*er muss sich ducken*« Wilam.

δαμευέσθω ἐνς Ἀθαναίαν »*confiscator*« (pro: confiscantor bona eius) in aerarium Minervae« plerique; Meister: »coram Minerva profitetor« sc. κατάθεσιν (quod sit »testimonium suum«); Wilam.: »venditor in templum Minervae«.

Vs. 6 κατελάτω »*exigito*« (Fröhn., Rob., Blass, Danielss.); apte laudat Fröhn.[2] titulum Tegeaticum *Dialektinschr.* 1222 vs. 23: ὀφλέτω ἕκαστος πεντήκοντα δραχμάς· ἐπελασάσθων δὲ οἱ ἀλιασταί. — »persequitor« interpretatur Rein., »in locum se conferto« Meister, »adducito« (in templum) Wilam.

ἀντιτυχόντα i. q. ἁ ἀντιτυχόντα Dittenberger apud Rob.: »*senatus qui fungitur*«, laudans C. I. G. Sept. 3080 et 3085.

555 Lapis calcarius mutilus, Argis olim in horto demarchiae, tum teste Cophiniota in domo medici Π. Κούζη. A. 0,2. l. 0,16.

Ex apographo et ectypo Luedersii Kirchhoff, *Alphabet*[4] p. 84 et Röhl, Inscr. Graec. antiq. 38. (Cauer, Delectus[2] n. 51. Roberts, *Introduction to Greek epigraphy* 79. Prellwitz, *Dialektinschr.* 3272.) Cophiniotis, Ἱστορία τοῦ Ἄργους I 117.

γ]ροφο -
- νιστε -
θ]ιαν τὸν (s. τὸν)
- ανς τὰνς τ -
δικαιο(?)]ῖνι ὀφλήσει
ὀνιεγ - s. ἀπε(ι)γ]ορευόντω[ν (s. - ορεύοντο[ς, - ορεύοντ το)
τ]ῶν ἄλλων (s. τὸν ἄλλον)
του τὸ ἡμ[ετ(ν) (s. τοῦ ἡμ[ίσεος)
- - εντ -

Var. lect. Pro versu primo ΛΟΟ Cophin., cuius reliquam discrepantiam afferre supersedeo. Litteras primas tres, quae in ectypo non apparuerunt, Lüders adnotavit certo non pertinere ad nostram inscriptionem, quod iure suo non respexerunt Kirchhoff et Röhl.

In legendo secutus fere sum Roehlium, nisi quod vs. 6 is ἀγ]ορεύοντο[ς s. - όντω[ν. Videntur indici multae eis, qui peccaverunt contra leges feriarum, Nemeorum credo.

556 Boeckh. C. I. G. 1118 e Fourmonto: »Argis in horto quodam«. Pouqueville, *Voyage de la Grèce* 2. éd. vol. 5 p. 205: marmor immissum puteo. — Cf. Wilhelm, *Anzeiger d. philos.-histor. Classe d. Wiener Akad.* 1897 Nr. XXVI.

Ν Ο Υ Φ Υ Γ . .
. . . . Ε Χ Ο Υ Σ Ι Ν Τ Η Σ Κ Ο Ι Ν Η Σ
. . . . Ω Ν Σ Α Τ Ρ Α Π Ω Ν Η Κ Ο Ν Τ Ι Δ Ι Ο Τ Λ Ο Ι Ι
. . . . . Α Ν Τ Ε Σ Π Ρ Ο Σ Α Λ Λ Η Λ Ο Υ Σ Δ Ι Α Λ Ε Λ Υ Ν Τ Α Ι Τ Λ Α . . .
. Ο Ι Ν Η Ν Ε Ι Ρ Η Ν Η Ν Ο Π Ω Σ Α Ρ Α Λ Λ Α Γ Ε Ν Τ Ε Σ Τ Ο Υ Π
Μ Ο Υ Τ Α Σ Π Ο Λ Ε Ι Σ Ε Κ Α Σ Τ Ο Ι Τ Α Σ Α Υ Τ Ω Ν Ω Σ Μ Ε Γ Ι
Σ Π Ο Ι Ω Σ Ι Ν Κ Α Ι Χ Ρ Η Σ Ι Μ Ο Ι Μ Ε Ν Ω Σ Ι Ν Τ Ο Ι Σ Φ Ι Λ Ο
Α Σ Ι Λ Ε Ι Δ Ε Ο Υ Δ Ε Ν Α Π Ο Λ Ε Μ Ο Ν Ο Ι Δ Α Ι Σ Ι Ν Ο Ν Τ Α Π Ρ . . .
' Ν Ε Σ Υ Χ Ι Α Ν Ε Χ Η Ι Κ Α Ι Μ Η Σ Υ Ν Β Α Λ Λ Η Ι Τ Ο Υ Σ Ε . . . .
. Η Γ Ε Γ Ε Ν Η Μ Ε Ν Η Ν Η Μ Ι Ν Ε Ι Ρ Η Ν Η Ν Ε Π Ι Χ Ε Ι Ρ Η
Ε Μ Ι Α Ι Μ Η Δ Ε Μ Η Χ Α Ν Η Ι Ι Ξ Ο Μ Ε Ν Κ Α Ι Η Μ Ε Ι Σ . . . .
. Ι Ι Λ Ε Α Ε Α Ν Δ Ε Π Ο Λ Ε Μ Η Ι Π Ρ Ο Σ Τ Ι Ν Α Σ Τ Ω Ν
Λ Α Τ Α Τ Ι Σ Ι Π Α Ρ Ε Χ Η Ι Ε Π Ι Δ Ι Α Λ Υ Σ Ε Ι Τ Η Σ Ε Ι Ρ Η . . . .
. . Ε Ν Α Ν Τ Ι Ο Ν Τ Ο Ι Σ Ε Λ Λ Η Σ Ι Ν Τ Ο Ι Σ Τ Η Ν Δ Ε . . . .
. . Η Α Λ Λ Ο Σ Τ Ι Σ Τ Ω Ν Ε Κ Τ Η Σ Ε Κ Ε Ν Ο Υ Χ Ω Ρ . . . .
. . . Σ Α Ξ Ι Ω Σ Τ Η Σ Τ Ε Ν Υ Ν Γ Ε Γ Ε Ν Η Μ Ε Ν Η Σ Ε . . . .
. . . . Τ Ο Ι Σ Δ Ι Κ Α Σ Τ Α Ι Σ Τ Ο Ι Σ Α Π Ο Τ Ω Ν . . . .
. . . . Χ Ω Ρ Α Σ Α Σ Α Μ Φ Ι Λ Λ Ε Γ Ο Ν Τ . . . .
. . . . Ν Ε Ρ Ι Τ Ο Υ Τ Ο Ι Σ Δ Ι Η Ν . . . .
. . . . Α Ν Τ Α Σ . . . .

Repraesentavi exemplum Fourmonti; Pouquevillii tam miserum est ut sine detrimento id praeteriverit Boeckh. Id unum memorandum, inter versus 16 et 17 eum indicare spatium vacuum.

\- - - - - - - - - - - - - - - νου φυγ..
.... τοῖς μετ]έχουσιν τῆς κοινῆς [εἰρ-
ήνης παρὰ τ]ῶν σατραπῶν ἥκοντι, δι' ὃ τὰ οἰ[κεῖα
συμβ]άντες πρὸς ἀλλήλους διαλέλυνται [κ]α[τ]ὰ
κ]οινὴν εἰρήνην· ὅπως ἀπαλλαγέντες τοῦ π[ολέ-
μου τὰς πόλεις ἕκαστοι τὰς αὑτῶν ὡς μεγ[ίστα-
ς ποιῶσιν καὶ χρήσιμοι μένωσι τοῖς φίλο[ις,
β]ασιλεῖ δὲ οὐδένα πόλεμον [φ]ι[λοῦ]σιν ὄντα· [ἐὰ-
ν [ἡ]συχίαν ἔχῃ καὶ μὴ συνβάλλῃ τοὺς [Ἕ]λληνα-
ς τ]ὴ[ν] (γ)εγενημένην ἡμῖν εἰρήνην ἐπιχειρῶ[ν
καταλύ]ειν μηδὲ μηχανῇ, [ἕ]ξομεν καὶ ἡμεῖς [ἐς β-
ασ]ιλέα· ἐὰν δὲ πολεμῇ πρός τινας τῶν[δε ἢ πρά-
γμ]ατά τινι παρέχῃ ἐπὶ διαλύσει τῆς εἰρή[νη-
ς] ἐναντίον τοῖς Ἕλλησιν τοῖς τήνδε [ποιήσασ-
ιν], ἢ ἄλλος τις τῶν ἐκ τῆς ἐκεί[ν]ου χώρ[ας, ...
.....ς ἀξίως τῆς τε νῦν γεγενημένης ε[ἰρήνης
.... τοῖς δικασταῖς τοῖς ἀπὸ τῶν [πόλεων
\- - - χώρας ἃς ἀμφιλλέγοντ[αι - - - -
\- - - ν ἐπὶ τούτοις, δι' ἣν - - - - - - -
\- - - - - αντας - - - - - - - - -

Titulum, qui στοιχηδὸν esset scriptus, continuisse responsum civitatium Graecarum legato satraparum redditum intellexit Wilhelm, sed restitutionem non proposuit. Meam igitur dedi; singuli versus erant litterarum triginta sex.

Titulus cum conceptus sit sermone Attico, patet inter civitates consociatas partes primarias egisse Athenas. Crediderim agi de foedere Ol. 101, 2 (a. 375 a. Chr. n.) icto, de quo Diodorus 15, 38, 1: Ἀρταξέρξης -- κρίνας ἐξέπεμψεν εἰς τὴν Ἑλλάδα τοὺς παρακαλέσοντας τὰς πόλεις κοινὴν εἰρήνην (cf. tituli vs. 2. 5) συνθέσθαι. τῶν δὲ Ἑλλήνων ἁπάντων προσδεξαμένων -- συνέθεντο πάντες τὴν εἰρήνην --. μόνων δὲ Θηβαίων οὐ προσδεξαμένων κτλ. Repugnat quidem titulo, quod Diodorus pacem ictam esse ait suadente rege Persarum, at de hac re scriptori fidem iam abrogavit Schäfer (Demosth. I 51 sq.), ac sane de rege conciliante tacet Xenophon, Hist. Graec. 6, 2, 1.

Vs. 2 sq. »[Declarant legato] misso ad communis pacis participes, cur idonea stipulati (τὰ οἰκεῖα συμβάντες) eam inierint, nempe ut urbes suas cet.« — Vs. 8 e οὐδένα constat, in ΟΙΔΑΙΣΙΝ non latere coniunctivum (οἴ[ονται] igitur non recte Boeckh); recte emendavisse mihi videor in ΦΙΛΟΥΣΙΝ. — Vs. 9 συμβάλλειν cum eodem sensu atque apud Xenoph. Cyrop. 6, 1, 32: »*alium alius inimicum reddere*«. — Vs. 10 alterum Gamma omissum lapicidae errore. — Vs. 18 recte se habet orthographia ἀμφιλλέγονται; geminatum quoque est huius verbi Lambda in arbitrio Megarensi infra n. 926 vs. 3 et in foedere civitatium Cretensium *Bull. de corr. Hell.* 3, 1879, p. 292 vs. 10.

557 »Argis in ecclesia D. Ioannis τοῦ Προδρόμου« (ubi frustra quaesivi) e schedis Fourmonti Boeckh. C. I. G. I 1119. (Wilhelm, *Arch.-epigr. Mitth. aus Österr.* 20, 1897, p. 88 n. 18.)

. . . . . .) Ε Ο Ι C . . . .
. . . Δ Ο Ξ Ε Τ Ε Λ Ε Ι Μ Ε . . .
. . . . Μ Η Α Ι Π Π Ε Υ Ε Σ Θ Α Ι . . .
. . . . . Ν Ε Υ Ε Σ Θ Α Ι Μ Η Δ . . . .
. . . . . Ι Ε Ρ Γ Α Σ Τ Η Ρ Ι Ο Ν Α Ι . . .
. . . . Ν Μ Η Δ Ε Κ Ο Π Ρ Ο Ν Ε Σ . . .
. . . . Η Δ Ε Κ Ο Ρ Χ Ο Ρ Ε Τ Ρ Α Ν Ρ . . .
. . . . Α Μ Φ Ι Τ Ο Τ Ο Υ Λ Υ Κ Ε Ι . . . .
. . . . Α Γ Ο Ι Κ Ρ Ι Τ Ω . . . . . .

Θεοῖς.
Ἁλιαίαι ἔ]δοξε τελεί[αι]· ἐ[ν τῶι τοῦ Λυκείου
τεμένει] μη[δ'] ἱπ[π]εύεσθαι, [μηδὲ --
.......νεύεσθαι, μηδ[ὲ ----
.... ἐργαστήριον κ ----
........ν, μηδὲ κόπρων ἐπ[άγειν
......, μ]ηδὲ κόρχορ[ον ἢ] ἑτ[έ]ραν [βοτάναν
.... ἀμφὶ τὸ τοῦ Λυκεί[ου ----
Στρατ]αγοὶ Κρίτω[ν - - -

Rationem tituli perspexit Wilhelm, qui vs. 2 restituit ἁλιαίαι — τελείαι, vs. 3 ἱπ[π]εύεσθαι, laudans nobilissimum titulum C. I. A. vol. IV p. 138, II vs. 15. ἐ[ν τῶι τοῦ Λυκείου τεμ. addidi nixus versu octavo; cf. Pausan. 2, 19, 3 Ἀργείοις δὲ τῶν ἐν τῇ πόλει τὸ ἐπιφανέστατόν ἐστιν Ἀπόλλωνος ἱερὸν Λυκίου et n. 559 extr. 658. — Vs. 5 interdicitur ne officina exstruatur in sacro (Wilh.). — Vs. 6 ἐπ[άγειν Boeckh. — Vs. 7 restitutionem proposui: excluduntur a sacri finibus herbae viles. — Vs. 9 subscriptum probabiliter restituit Wilh.

558 In museo Argivo lapis calcarius ad dextram et infra fractus, a. 0,59. l. 0,55. cr. 0,49.

Conze et Michaelis, *Annali d. Inst.* 1861, p. 17. Foucart, *Revue archéol.* 1870/1871 II p. 107 litteris minusculis; maiusculis in Additamentis ad Le Bas Voyage archéol. II 116 a. (Cophiniotis, Ἱστορία τοῦ Ἄργους I 108. Michel, *Recueil d'inscr. Grecques* 1011). Cf. Foucart, De collegiis scenicorum artificum (Paris. 1873), p. 23 sq. Poland, De collegiis artificum Dionysiacorum (programma gymnas. Wettiniani Dresd. a. 1895) p. 13. — *Contulit Fredrich*; ego passim.

ΕΠΕΙΔΗΖΗΝΩΝΕΚΑΤΟΔΩΡΟ
ΚΕΙΜΕΝΟΣΤΑΠΡΟΣΤΟΥΣΘΕΟΥΣΕΙΝΟΙ
ΤΩΝΕΞΙΣΘΜΟΥΚΑΙΝΕΜΕΑΣΤΗΣΕΝΑΡΓ
ΞΕΙΣΠΕΠΟΙΗΜΕΝΟΣΤΗΣΕΑΥΤΟΥΚΑΛΟΚΑΓΑΘΙΑΣΤΑΣ
ΣΥΝΟΔΟΥΑΡΧΑΣΠΑΣΑΣΠΕΠΟΙΗΤΑΙΚΑΛΩΣΚΑΙΣΥΝΦΕΡΟΝΤΩ
ΓΜΑΣΙΝΕΝΠΑΣΙΝΑΝΑΣΤΡΕΦΟΜΕΝΟΣΑΞΙΩΣΤΗΣΕΚΠΑΙΔΟΣΑΥΤΩΙ/
ΣΤΑΘΕΙΣΔΕΚΑΙΤΑΜΙΑΣΥΠΟΤΗΣΣΥΝΟΔΟΥΕΙΣΤΟΔΕΥΤΕΡΟΝΚΑΙΤΡΙΑ
ΠΟΛΛΑΤΟΝΤΗΣΣΥΝΟΔΟΥΔΙΑΦΟΡΩΝΑΠΟΣΤΑΤΟΥΝΤΑΤΩΝΚΕΦΑΛΑΙΩΝ
ΕΦΗΛΚΩΜΕΝΟΥΣΕΞΕΤΩΝΚΑΙΠΛΕΙΟΝΩΝΕΝΕΦΑΝΙΣΕΝΤΕΤΩΙΠΑΗ
ΡΑΚΛΗΘΕΙΣΥΠΟΤΩΝΤΕΧΝΙΤΩΝΕΠΟΙΗΣΑΤΟΤΗΝΕΠΙΜΕΛΕΙΑΝΤΗΣΑΝ
ΣΤΡΕΦΟΜΕΝΟΣΚΑΛΩΣΚΑΙΣΥΝΦΕΡΟΝΤΩΣΤΟΙΣΚΟΙΝΟΙΣΤΗΣΣΥΝΟΔΟΥΓ
ΠΡΑΧΘΕΝΤΩΝΥΠΑΥΤΟΥΔΙΑΦΟΡΩΝΕΠΕΤΕΛΕΣΕΝΚΑΤΑΜΗΝΑΤΟΙΣΤΕ
ΤΗΣΣΥΝΟΔΟΥΤΑΣΚΑΤΑΤΟΥΣΝΟΜΟΥΣΘΥΣΙΑΣΔΙΕΛΕΓΗΔΕΜΕΤΑΠΡΟ
ΩΘΗΑΓΑΛΜΑΔΙΟΝΥΣΟΥΤΗΙΣΥΝΟΔΟΙΑΚΡ///ΛΙΘΟΝΧΡΥΣΟΕΙΜΟΝΕΞΑΠΕ
ΤΗΣΣΥΝΟΔΟΥΕΔΩΚΕΝΤΑΔΙΑΦΟΡΑΕΚΤΩΝΑΝΑΠ ΤΩΝΥΠΑΥΤΟΥΔ
ΚΑΙΥΠΕΡΤΟΥΚΑΤΑΣΚΕΥΩΘΗΝΑΙΠ Σ Σ ΝΕΝΤΩΙΤΕΜΕΝΕΙ
ΚΑΙΠΑΡΑΚΛΗΘΕΙΣΥΠΟΤΩΝΤΕΧΝΙΤΩΝΠ ΕΠΙΜΕΛΕΙΑΝΤΟ
ΣΑΤΟΤΑΣΕΓΔΟΣΕΙΣΤ ΕΡΓΩΝΠΑΣΑΣ ΕΡΑΜΕΤΑΠΑΣΑΣ
ΘΩΝΕΠΙΤΗΝΣΥΝ Α ΝΕΠΙ
ΣΚΕΥΩΘΩΣΙΤΗΙΣΥΝ ΚΑΙΤΡΙΠ ΒΑΚ
ΣΕΙΣΛΥΣΙΤΕΛΩΣΕΝΠΑΣΙΤΟΥΤΟΙΣΑΝΑ ΝΟΣΑΞΙ ΕΝΤΟ
ιΣΑΥΤΟΥΚΑΛΟΚΑΓΑΘΙΑΣΑΝΕΓ ΝΚΑΙΤΩΝ ΕΦ ΝΤ
ΥΝΟΔΟΥΚΑΙΠΑΡΑΣΕΣΙΩΠΗΜ Ν ΣΕ ΥΠΕ
ΗΝΕΠΙΜΕΛΕΙΑΝΚΑΙΥΠΕΡΤΟΥΚΑΤΑΣΚΕΥΩΘΗΝΑΙΒΑΘΡΟΝ ΕΙΚΟΝΙΙ
ΒΑΣΙΛΕΩΣΝΙΚΟΜΗΔΟΥΣΚΑΙΤΗΣΑΝΑΘΕΣΕΩΣΤΗΣΕΙΚΟΝΟΣΑΛ ΙΣΔΕΚΑΙΤΙ///
ΝΟΥΣΔΙΕΛΕΓΗΔΕΚΑΙΥΠΕΡΤΟΥΚΑΤΑΣΚΕΥΩΘΗΝΑΙΤΟΠΟΝΤΩΙΘΕΩΙΚΑΙΥΕΠΡΟΥΡΙ
ΥΠΕΡΤΟΥΟΡΩΦΩΘΗΝΑΙΤΟΝΤΟΠΟΝΕΝΩΙΕΣΤΑΙΘ Ε Ε Ω ΝΑΠΛ
ΔΙΑΦΟΡΩΝΟΠΩΣΟΥΝΚΑΙΟΙΤΕΧΝΙΤΑΙΦΑΙΝΩΝΤΑΙ Σ Ε Ν ΑΞΙΑΙΣΤ
ΚΑΙΤΙΜΑΣΚΑΙΠΟΛΛΟΥΣΕΧΩΣΙΝΤΩΝΟΜΟΙΩΝΖΗΛΩΤΑΣ ΗΙΑΓΑΘΗΙΔΕΔΟΧΘΑΙΤΟΙΣ
ΧΝΙΤΑΙΣΤΟΙΣΕΞΙΣΘΜΟΥΚΑΙΝΕΜΕΑΣΤΗΣΕΝΑΡΓΕΙΣΥΝΟΔΟΥΕΠΑΙ ΣΑΙΖΗΝΩΝΑΕΚΑ
ΕΥΝΟΙΑΙΤΕΚΑΙΦΙΛΑΓΑΘΙΑΙΠΕΡΙΤΑΚΟΙΝΑΤΗΣΣΥΝΟΔΟΥΠΡΑΓΜΑΤΑΙΚΑΙ .ΝΩΣΑΙΑΥΤ
ΩΙΠΑΤΡΙΟΝΗΜΙΝΕΣΤΙΝΕΝΤΗΙΤΟΥΘΕΟΥΗΜΕΡΑΙΣΤΗΣΑΙΔΕΑΥΤΟΥΚΑΙ ΟΝΑΧΑΛΚΗ
ΓΡΑΦΗΝΤΟΚΟΙΝΟΝΤΩΝΠΕΡΙΤΟΝΔΙΟΝΥΣΟΝΤΕΧΝΙΤΩΝΤΩΝΕ ΙΣΘΜΟΥΚΑΙΝΕΜΕ
ΕΚΑΤΟΔΩΡΟΥΑΡΓΕΙΟΝΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΕΝΚΑΙΕΥΕΡΓΕΣΙΑΣΤΗΣΕΙΣ ΔΟΝ
ΝΑΔΟΤΩΤΩΙΚΑΤΑΣΤΑΘΕΝΤΙΤΗΣΕΙΚΟΝΟΣΕΠΙΣΤΑΤΗΙΞΕΝΩΝΟ ΙΕ
ΦΑΝΟΥΠΟΙΗΣΑΣΘΩΟΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣΑΡΙΣΤΟΚΛΗΣΚΑΙΟΙΑΡΧΟΝΤΕΣ Κ
ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣΠΟΙΕΙΣΘΩΣΑΝΤΗΝΕΠΙΜΕΛΕΙΑΝΕΝΤΗΤΟΥΘΕΟΥΗ
ΔΕΤΗΝΕΠΙΜΕΛΕΙΑΝΟΚΑΤΑΣΤΑΘΕΙΣΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣΕ////////////////
ΜΕΙΟΙΣΕΝΤΩΙΑΓΩΝΙΤΩΙΓΥΜΝΙΚΩΙΑΝΑΚΗΡΥΧΘΗΤΟΚΗΡΥΓΜ
ΤΩΝΕΞΙΣΘΜΟΥΚΑΙΝΕΜΕΑΣΤΗΣΕΝΑΡΓΕΙΣΥΝΟΔΟΥΣΤΕ
ΤΗΣΕΝΕΚΕΝΚΑΙΕΥΕΡΓΕΣΙΑΣΗΣΕΧΩΝΔΙΑΤΕΛΕΙΕ
ΜΕΝΕΙΤΥΧΗΤΗΙΑΓΑΘΕΙΑΝΑΓΡΑΨΑΤΩΔΕΚΑΙΟΚΑΤ
ΕΙΣΤΟΒΑΘΡΟΝΤΗΣΕΙΚΟΝΟΣ

vacat

Var. lect. Conzei et Michaelis exemplum moneo valde lacunosum esse, ut de variis Foucarti lectionibus eorum destituti simus testimonio, ubi in sequentibus non adfertur. Vs. 6 extr. / omittit Fouc. || vs. 8 in. ΠΟΛΛΑΤΩΝ Fouc., ΤΟΝ recte C.-M. || vs. 9 in. ΕΦ.ΛΚΟ C.-M., Fouc. || vs. 14 extr. ΑΝΕ Fouc. || vs. 15 ΑΝΑΤ C.-M. || vs. 18 ΕΡ.ΩΝ Fouc. || vs. 21 extr. Ο, vs. 22 in. ι, vs. 24 extr. ΙΙ omittit Fouc. || vs. 25 extr. ΕΙΚΟΝΟΣ..ΣΔΕΚΑΤ Fouc. || vs. 27 extr. Λ omittit Fouc. || vs. 28 extr. ΑΞΙΑΣΤ Fouc. || vs. 35 in. ΝΑ.ΟΤΩ Fouc., ΝΑ..ΤΟ C.-M. || vs. 39 in. ΝΕ..ΙΟΙΣ Fouc., ...ΙΟΙΣ C.-M. || vs. 42 extr. ΔΕΟΚΑΤΑΣΤ Fouc., ΔΕΚΑ-- C.-M.

Ἐπειδὴ Ζήνων Ἑκατοδώρο[υ] Ἀργεῖος ἐν παντὶ καιρῶι διατελεῖ εὐσεβῶς μὲν διακείμενος τὰ πρὸς τοὺς θεούς, ε[ὐνοϊ]κῶς δὲ πρὸς τὸ κοινὸν τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν τῶν ἐξ Ἰσθμοῦ καὶ Νεμέας τῆς ἐν Ἄργ[ει] συνόδου, καὶ ἐν πᾶσι πολλὰς καὶ μεγάλας ἀποδείξεις πεποιημένος τῆς ἑαυτοῦ καλοκἀγαθίας τὰς [ἐπιμελείας τὰς κατὰ τὰς μεγίστας τῆς συνόδου ἀρχὰς πάσας πεποίηται καλῶς καὶ συμφερόντω[ς] τοῖς κοινοῖς τῆς συνόδου πράγμασιν, ἐν πᾶσιν ἀναστρεφόμενος ἀξίως τῆς ἐκ παιδὸς αὐτῶι ὑ[ποδειχθείσης πίστεως, κατασταθεὶς δὲ καὶ ταμίας ὑπὸ τῆς συνόδου εἰς τὸ δεύτερον καὶ τρια[κοστὸν ἔτος καὶ ἀπέφηνε πολλὰ τῶν τῆς συνόδου διαφέρων ἀποστατοῦντα τῶν κεφαλαίων [καὶ πάντας τοὺς τούτων τι ἐφηλκυσμένους ἐξ ἐτῶν καὶ πλειόνων ἐνεφάνισέν τε τῶι πλή[θει τῶν τεχνιτῶν καὶ παρακληθεὶς ὑπὸ τῶν τεχνιτῶν ἐποιήσατο τὴν ἐπιμέλειαν τῆς ἀν[απράξεως, ἐν ἅπασιν ἀναστρεφόμενος καλῶς καὶ συμφερόντως τοῖς κοινοῖς τῆς συνόδου [πράγμασι, καὶ ἐκ τῶν ἀναπραχθέντων ὑπ' αὐτοῦ διαφόρων ἐπετέλεσεν κατὰ μῆνα τοῖς τε[χνίταις ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς συνόδου τὰς κατὰ τοὺς νόμους θυσίας, διελέγη δὲ μετὰ προ[θυμίας ὅπως κατασκευασθῆι ἄγαλμα Διονύσου τᾶι συνόδωι ἀκρ[ό]λιθον, χρυσόκαλον, ἐξαπο[ρούσης δὲ τῆς οὐσίας τῆς συνόδου ἔδωκεν τὰ διάφορα ἐκ τῶν ἀναπ[ραχθέν]των ὑπ' αὐτοῦ, δ[ιελέγη δὲ μετὰ σπουδῆς καὶ ὑπὲρ τοῦ κατασκευασθῆναι π[ρὸ]ς .... τ[ὸ]ν ἐν τῶι ταμιείω[ι - - - - - - - -], καὶ παρακληθεὶς ὑπὸ τῶν τεχνιτῶν π[οιήσασθαι] ἐπιμέλειαν το[ύτων πάντων, ἐπο[ιή]σατο τὰς ἐγδόσεις τ[ῶν] ἔργων πάσας [τὰς εἰς τὰ ἱ]ερὰ μετὰ πάσας [σπουδῆς, αἴτιος πολλῶν ἀγα]θῶν ἐπὶ τὴν σύν[οδον γενόμενος - - - - - - - - -]α ....ν, ἐπὶ [δὲ τούτοις διελέγη, ὅπως ἐπι]σκευασθῶντι τᾶι συν[όδωι - - - - - - - - - - -] καὶ τρίπ[οδες] Βακ[χεῖοι, ἐποιήσατο δὲ τὰς ἐγδό]σεις λυσιτελῶς, ἐν πᾶσι τούτοις ἀνα[στρεφόμε]νος ἀξί[ως τῆς] ἐν το[ῖς μεγίστοις καιροῖς οἰκεί]ας αὐτοῦ καλοκἀγαθίας, ἀνεγ[κλήτως αἴτιος ὢ]ν καὶ τῶ[ν δ]ὲ φ[ανερῶ]ν τῶ[ν εὐεργετημάτων ὑπὲρ τῆς σ]υνόδου καὶ παρατετευχη[μέν]ων πολλῶν, ἃ ἐπετέλε]σε [καλῶς] ὑπὲ[ρ τῆς συνόδου, ἐποιήσατο δὲ τ]ὴν ἐπιμέλειαν καὶ ὑπὲρ τοῦ κατασκευασθῆναι βάθρον [τᾶι] εἰκόνι [ἡμῶν τοῦ εὐεργέτου βασιλέως Νικομήδους καὶ τῆς ἀναθέσεως τῆς εἰκόνος, [ἄ]λ[λη]ς δὲ καὶ τιμιωτέρας ἐντὸς τοῦ τεμένευς, διελέγη δὲ καὶ ὑπὲρ τοῦ κατασκευασθῆναι τόπον τῶι θεῶι καὶ ὑπερθυρω[θῆναι τὴν εἴσοδον καὶ ὑπὲρ τοῦ ὀροφωθῆναι τὸν τόπον, ἐν ὧι ἔσται θ[υσία] τῶι θε[ῶι] ἐ[κ τ]ῶ[ν] ἀ[ναπ[ρ]α]χθέντων ὑπ' αὐτοῦ διαφόρων· ὅπως οὖν καὶ οἱ τεχνῖται φαίνωνται [χάρι]τ[ας ἀπον]έ[μο]ν[τες] ἀξίας τ[οῖ]ς εὐεργέταις ἔπαινον καὶ τιμὰς καὶ πολλοὺς ἔχωσιν τῶν ὁμοίων ζηλωτάς· [τύχαι τ]ᾶι ἀγαθᾶι· δεδόχθαι τοῖς [περὶ τὸν Διόνυσον τεχνίταις τοῖς ἐξ Ἰσθμοῦ καὶ Νεμέας τῆς ἐν Ἄργει συνόδου ἐπαιν[έσ]αι Ζήνωνα Ἑκα[τοδώρου Ἀργεῖον ἐπὶ τῆι εὐνοίαι τε καὶ φιλαγαθίαι περὶ τὰ κοινὰ τῆς συνόδου πράγματα καὶ [στεφα]νῶσαι αὐτ[ὸν χρυσῶι στεφάνωι, ὧι πάτριον ἡμῖν ἐστιν, ἐν τῆι τοῦ θεοῦ ἡμέραι, στῆσαι δὲ αὐτοῦ καὶ [εἰκ]όνα χαλκῆ[ν] ἔχουσαν τήνδε τὴν ἐπιγραφήν· «Τὸ κοινὸν τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν τῶν [ἐξ] Ἰσθμοῦ καὶ Νεμ[έας τῆς ἐν Ἄργει συνόδου Ζήνωνα Ἑκατοδώρου Ἀργεῖον ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐεργεσίας τῆς εἰς [τὴν σύνο]δον». [τὸ δὲ γενόμενον ἀνάλωμα εἰς τὴν εἰκόνα [δ]ότω τῶι κατασταθέντι τῆς εἰκόνος ἐπιστάτηι Ξένων ὁ [ταμίας, τὴν] δὲ [ἐπιμέ]λε[ιαν εἰς τὴν παρασκευὴν τοῦ στεφάνου ποιησάσθω ὁ γραμματεὺς Ἀριστοκλῆς, καὶ οἱ ἄρχοντες [οἵ τε νῦν] κ[αὶ οἱ ἀεὶ κατασταθέντες καὶ ὁ ἀεὶ γραμματεὺς ποιείσθωσαν τὴν ἐπιμέλειαν ἐν τῆ τοῦ θεοῦ ἡ[μ]έραι ὅπως ἀναγορεύηται τὸ ψήφισμα τόδε, ποιείσθω δὲ τὴν ἐπιμέλειαν ὁ κατασταθεὶς γραμματεὺς κ[- - - - - - - - - - - - - -], ὅπως ἐν τοῖς πρώτοις Νεμείοις ἐν τῶι ἀγῶνι τῶι γυμνικῶι ἀνακηρυχθῆ τὸ κήρυγμ[α] τόδε· «Τὸ κοινὸν τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν τῶν ἐξ Ἰσθμοῦ καὶ Νεμέας τῆς ἐν Ἄργει συνόδου στε[φανοῖ] χρυσῶι στεφάνωι Ζήνωνα Ἑκατοδώρου Ἀργεῖον ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐεργεσίας, ἣς ἔχων διατελεῖ ε[ἰ]ς τὴν σύνοδον καὶ ἵστησιν αὐτοῦ εἰκόνα χαλκῆν ἐν τῶι τεμένει, τύχαι τᾶι ἀγαθᾶι». ἀναγραψάτω δὲ καὶ ὁ καταστ[α]θεὶς τῆς εἰκόνος ἐπιστάτης τὸ τῆς συνόδου ψήφισμα τόδε εἰς τὸ βάθρον τῆς εἰκόνος.

Ad definiendam tituli aetatem facit quod vs. 25 statua erecta esse dicitur regis Nicomedis, e cuius nominis regibus cum primus, qui defunctus est anno 278 a. Chr. n., eximatur litteraturae indole, ambigendum modo est inter Nicomedem alterum (a. 174—91 a. Chr. n.) et tertium (a. 90—74). Quod Zeno noster vs. 7 aerario artificum praefuisse fertur anno trigesimo secundo, id Foucart computatum esse censet inde ab Achaia provincia Romana constituta a. 146 a. Chr. n., ut munere functus sit Zeno anno 115, titulus positus verisimiliter anno 114. Ac quamquam Foucarti de aerae Achaicae usu sententiam (cf. eum ad titulum nostrum et ad Le Bas, *Voyage archéol.* II 298) iure suo coercuit Kästner (De aeris, dissert. Lips. 1890, p. 66 sq.), cum quadret et litteratura et aetas Nicomedis alterius, Argivos certe ab anno 146 inchoavisse aeram probabile est ducendum.

Optime de titulo meritus est Foucart, qui exposuit (et post eum Poland; nunc conferendus est Colin, *Bull. de corr. Hell.* 23, 38 sq.) floruisse in ipsa Graecia magnum artificum corpus (sicut Teium in Asia): *τὸ κοινὸν τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν τῶν ἐξ Ἰσθμοῦ καὶ Νεμέας*, cui sodalicia complura in singulis urbibus consistentia erant adscripta; synodum Argivam noster testatur lapis. In parte inferiore multo is est angustius scriptus et, sicut monuit Foucart, e versibus quorum restitutio est certa (5. 9. 29. 30; adde 39. 40) constat, versus 2—23 continuisse litteras fere 65—70, reliquos litteras fere 74—83.

Indicabo supplementa ea in quibus a Foucarto (quem plane sequitur Michel) recedendum esse censui. — Vs. 2 δὲ τὰ πρός Fouc. — Vs. 4 *τὰς [δὲ λειτουργίας ἐπιτελέσας καὶ τὰς τῆς*, vs. 6 *αὐτῶι [ὑπαρχούσης εὐνοίας* Fouc. — Vs. 7 extr. pro *ἐπεσκεύασατο* scripsi *καὶ ἀπέφηνε*, quia de pecuniis exactis versu demum agitur decimo. — Vs. 8. 9 *πολλοὺς δὲ ὀφείλοντας* Fouc., sed *ἐφέλκεσθαι* significat »*avertere*« (cf. e. g. supra n. 1 vs. 10), non »*remorari solutionem*«, ut interpretatur Fouc., quem sequitur Ziebarth (*Vereinswesen* 177); obiectum suum igitur necessario additum erat ad *ἐφηλκυσμένους*. Quod scripsit Fouc. *ἐφ[ε]λκ[ο]μένους*, id exemplo meo refutatur; ac sane opus est praeterito, non praesente. Docemur igitur *ἐφελκύειν* dictum esse cum eodem sensu atque *ἐφέλκειν*. — Vs. 14 extr. supplevi. Nota orthographiam *συνόδοι*. — Vs. 15 extr. *ὑπ' αὐτοῦ δ[ιαφόρων* (quod verbum moleste iteratur), *διελέγη δὲ* Fouc. — Vs. 16. 20. 24 nota formas *κατασ-*, *ἐπισκευάσ-*. — Vs. 18 in fine si recte exscriptum est *πάσας*, statuendum irrepsisse dorismum. — Vs. 20 supplevi verba post Βακ[χεῖοι. — Vs. 21. 22 *ἀξί[ως τῆς] ἐν τ[ούτοις ἀποδεδειγμένη]ς αὐτοῦ* Fouc.; tum nimis brevia *ἀνέγ[κλητος ὢ]ν*, post quae reliqua supplevi. — Vs. 23 *παρατετευχη[μέ]ν[α πολλά* Fouc., tum pro *καλῶς* dat *Ζήνων*. — Vs. 24, 25, 28 supplementa e mutatis lectionibus mutanda erant. Vs. 24 sq. intellege: »curavit ut non solum Nicomedis statua iam parata, quae basi erat instruenda, collocaretur, sed nova etiam eaque sumptuosior«. — Vs. 31. 40 *δάφνης στεφάνωι* Fouc., sed laurus patrium praemium certe non erat cultoribus Bacchi, ut melius scriberetur *θαλλοῦ*, sed e versu 35 sq. patere videtur, sumptuosiorem fuisse coronam. *ὧι πάτριον κτλ.* intellege »ponderis eius quod nobis sollemne est«. — Vs. 33 *Νεμέ[ας στεφανοῖ δάφνηι Ζήνωνα*, vs. 35 extr. *τῆς ποιήσεως τοῦ στε-*, vs. 36 extr. *οἵ τε ἐνεστηκότες καὶ οἱ ἀεὶ αἱρούμενοι καὶ ὁ* Fouc. — Vs. 37 addidi *πρώτοις*. — Vs. 41 pro *ἵστησιν* Fouc. dat *ἵστητι*.

559 Stela lapidis cani supra fracta, sub titulo spatium vacuum centimetrorum viginti. A. 0,41. l. 0,31. cr. 0,12; litterae altae 0,009. Argis repertam esse rettulit agricola, qui Naupliae vendiderat possessori deversorii τῶν Μυκηνῶν; is mihi dixit lapidem aut furto esse abreptum aut aedificando consumptum.

Nobodzadski, Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. 1885, p. 57. (Prellwitz, *Dialektinschr.* 3288. Cophiniotis, Ἱστορία τοῦ Ἄργους I 79.)

Ι Ι Τ Α Ν Π ∪
Ε Υ Χ Ρ Η Σ Τ Ο Ν Α
Χ Ο Μ Ε Ν Ο Σ Ο Μ Ο Ι Ω Σ Δ Ε Κ
Τ Ο Ι Σ Χ Ρ Ε Ι Α Ν Ε Χ Ο Υ Σ Ι Κ Α
Α Υ Τ Ο Ν Κ Α Ι Ε Γ Γ Ο Ν Ο Υ Σ Π Ρ Ο Ξ Ε Ν
Ε Υ Ε Ρ Γ Ε Τ Α Ν Τ Α Σ Π Ο Λ Ι Ο Σ Α Μ Ω Ν
_ Ι Μ Ε Ν Δ Ε Α Υ Τ Ω Ι Κ Α Ι Τ Α Α Λ Λ Α Φ Ι Λ.
Θ Ρ Ω Π Α Ο Σ Α Κ Α Ι Τ Ο Ι Σ Α Λ Λ Ο Ι Σ Π Ρ Ο Ξ Ε
Ο Ι Σ Κ Α Ι Ε Υ Ε Ρ Γ Ε Τ Α Ι Σ Τ Α Σ Π Ο Λ Ι Ο Σ Ι
Π Α Ρ Χ Ε Ι Α Ν Α Ι Ρ Α Υ Α Ι Δ Ε Τ Ο Υ Α Φ Ι Σ Μ
Ε Ι Σ Σ Τ Α Λ Α Ν Λ Ι Θ Ι Ν Α Ν Κ Α Ι Α Ν Α Θ Ε
Ε Ν Ε Ι Σ Τ Ο Ι Ε Ρ Ο Ν Τ Ο Υ Α Π Ο Λ Λ Ω Ν Ο
Ο Υ Λ Υ Κ Ε Ι Ο Υ

[ἐπαινέσαι ------- διότι]
διατελεῖ ποτ]ὶ τὰν πό[λιν εὔ-
νοον τε καὶ] εὔχρηστον α[ὑτὸν
παρε]χόμενος, ὁμοίως δὲ κ[αὶ
ἰδίαι] τοῖς χρείαν ἔχουσι, κα[ὶ εἶ-
μεν] αὐτὸν καὶ ἐγγόνους πρόξενο[ν
καὶ] εὐεργέταν τᾶς πόλιος ἁμῶν,
ε]ἶμεν δὲ αὐτῶι καὶ τὰ ἄλλα φιλ[άν-
θρωπα, ἃ καὶ τοῖς ἄλλοις προξέ-
ν]οις καὶ εὐεργέταις τᾶς πόλιος [ὑ-
πάρχει· ἀνα[γ]ράψαι δὲ τὸ ψάφισμ[α
εἰς στάλαν λιθίναν καὶ ἀναθέ-
μ]εν εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνο[ς
τ]οῦ Λυκείου.

Titulum expedivit fere editor primus, nisi quod versuum trium priorum constitutio vel propter spatia erat mutanda et quod vs. 11. 12 scripsit ἀναθ[εῖ]μεν, quod correxit Prellwitz. — De versu 12 sq. v. adnotata ad n. 557.

560 Argis in ecclesia τῆς Παναγίας (ubi hodie nihil extat).

Le Bas-Foucart, *Voyage archéol.* II 116. (Prellwitz, *Dialektinschr.* 3287.)

Λ . . . . . .
Χ Ι . . .
Υ . Π Ω . . . Ο Υ Ν Κ Ο Ρ Ε Λ Ι Κ . Ι Ο . . Η Ρ . . .
Ι : Π Ε Ι Δ Α Ν . . . . Δ Ε Λ . Τ Ο Ι Ν Κ Α Ι
Ν Ο Ν . . . . . Ρ . . . . Α Τ Ε Λ Ε Ι Α Ν Κ Α Ι
/ Λ Ι Α Ν . . Ι Ε . Ι Ν Ω Α Κ . . Ο Ι Κ Α Ι . Ι Ϲ . .
Ι Κ Α Ι Κ Α Τ Α Γ Α Ν Κ Α Ι Κ Α Τ Α Θ Α Λ Α Σ . . . .
Ϲ Κ Α Ι Π . Ο Σ . . . Α . . Α Τ Ο Ι . . Γ . . . .
\ Ο . . . . . Ο Λ Ι Ο Σ Τ Ι Ο . Ι Τ Ι Η
Ο Τ Α . Α . Α Α Ι
Ρ Κ Α Ι Τ Ο Ι . . Λ Α Ο Ι Ε Π Ο Ι Ε
Ο Κ Η Υ Λ Τ Ο Α
Ρ Ο Π Α
Ι Ι Ν Ι Δ

- - - - - - - - - - - - - -
- - - - - - - - - - - - - -
- - - - - - - - - - - - - -
- - - - - - - - εἶμεν] δὲ α[ὐ]τοῖ[ς] καὶ
ἐκγ]όν[οις π]ρ[οεδρίαν], ἀτέλειαν καὶ
ἀσυ]λίαν [κα]ὶ ἐ[ν πολέμω]ι καὶ [ἐν εἰρά-
ναι] καὶ κατὰ γᾶν καὶ κατὰ θάλασ[σαν, εἶ-
μεν δὲ] καὶ π[ρ]ο[ξένους] α[ὐ]το[ὺς - - - -
- - - - - - - τᾶς π]όλιος - - -
- - - - - - - - - - τὰ [ἄ]λ[λ]α [πάντα
- - - - ἅπε]ρ καὶ τοῖ[ς ἄ]λ[λ]οι[ς] π[ρ]ο[ξ]έ[νοις,
ἐν δὲ - - - ἀναγραφοῦνται τὸν ἱερ]ομν[ά]μ[ον]α τό[δε
- - - - - - - - - - - - - - -

Eis quae e pessimo apographo scite enucleavit Foucart addidi quae in versu sexto sequuntur post ἀσυλίαν, ubi ΝΩΑΚ..ΟΙ sunt pro ΠΟΛΕΜΩΙ, praeterea quae transscripta sunt de versibus 8. 9. 12.

2. DEDICATIONES.

561 Argis in ecclesia S. Demetrii. Versus singuli inter lineas duplices.

E schedis Fourmonti Rose, Inscr. Graec. vetustiss. tab. XI, 1; p. 81 et Boeckh, C. I. G. 17, cf. praef. p. XXVII. Bis exscripsit titulum Ross: in diariis annorum 1833 et 1844; exemplum prius edidit Inscr. Graec. ined. I, 1834, 55. Vidi etiam exemplar Welckeri, de quo rettulit C. Keil, Mus. Rhen. 1859, p. 511. Le Bas-Foucart, *Voyage archéol.* II 108; tab. VI 15. Röhl, Inscr. antiq. 37 exhibet e Franzii schedis varietatem lectionis quam ex Odofredi Muelleri apographo ille enotaverat (idem, Imagines inscr. p. 67 n. 4). (Franz, Elementa epigr. p. 70 n. 28; cf. p. 380. Kaibel, Epigr. Graeca 936. Cauer, Delectus [2] 50. Prellwitz, *Dialektinschr.* 3267. Roberts, *Introduction to Greek epigraphy* 78. Cougny, Anthol. Pal. III 1, 30. E. Hoffmann, Sylloge epigr. Graec. 373. Cophiniotis, Ἱστορία τοῦ Ἄργους I 279.) Cf. Godofr. Hermann, *Von Herrn Boeckh's Behandlung* cet. 56. 155 sq. Idem, Opuscula 7, 174. Odofr. Müller, *Göttinger gel. Anz.* 1836, p. 1152. Welcker, Mus. Rhen. 1850, p. 619. Philetas, Πανδώρα 1861, p. 594. Comparetti, *Rivista di filologia* 11, 1883, p. 544. Fick, *Götting. gel. Anz.* 1883, p. 117. — *Exscripsi* et designandum curavi ad quartam partem verae magnitudinis redactum e Le Basii ectypo, quo Berolini uti potui insigni liberalitate Iulii de Chantepie bibliothecae universitatis Parisinae antistitis. Lapidem ipsum non inveni.

[*Exemplum vide pag. 91.*]

Varia lectio potior. Vs. 1 prioris Α reliquias omittunt cuncti. Tum ?, pro quo priores dant Θ sive Ο, in ectypo Le Basii recte agnovit Fouc. || vs. 2 inter Ξ et Α interpunctionem ⁝ exhibet Ross 1844. Extr. ϯΥΙϜΟ Fourm., ϜΥϯϜΘ Ross 1833, ϯΥΙ.ϜΘ Ross 1844, ϜΥΙϜΘ Welck., ⊣ΥϜΘ Müll., ϯΥΚϜΘ Le Bas, e quibus litteram primam in ectypo sibi potius videri ϯ, de quarto se cernere modo Ι adnotavit Fouc. || vs. 3 punctum in primo Ο dant Welck. Le Bas, in altero Le Bas, in tertio Ross 1844; omittunt reliqui. In fine V Fourm., Μ Le Bas || vs. 5 pro interpunctione Le Bas recte ⁝, Ross 1833 dat ., Ross 1844 et Müll. spatium vacuum, Welck. -. In fine litterae Sigma vestigia, quae certo deprehendisse mihi videor, omittunt cuncti || vs. 6 in. ΤΑ Welck. || vs. 7 in. ΤΡΙΣ Welck. Le Bas, ϒΡΙΣ Fourm., ΔΙΣ Ross et 1833 et 1844.

– ⏑⏑ – ⏑⏑ ϝαν]άϙοιν ἀνέθηκε [ϝε͂ο]ν τε
Αἰσχύλο[ς] | Θίοπος· τοῖς δα[μ]ιοσίοις ἐν ἀέθλο[ι]ς
τετράκι τε στάδιον νίκη κα[ὶ | τ]ρὶς τὸν ὁπλίτα[ν].

Non recte supra incolumem esse lapidem testari creditus est Ross: is enim in exemplo edito pro margine superiore non directam dat lineam, sed flexuosam; ac certe si directus esset margo, lapis muro inaedificatus decisus esse posset. At monendum est, Rossium in neutro diariorum indicavisse hunc marginem, ut e memoria designatus sit credendus. Equidem dedi margines, quales ex ectypo cognoscantur; supra versum, quem numeravi ut primum, apparent vestigia litterarum verisimillima. Infra versum septimum nihil erat scriptum.

Versus singuli erant litterarum tredecim, nisi quod ultimus, ne propter unam litteram inflectatur in versum novum, continebat quattuordecim; in versu quinto ut par est numerata est interpunctio. Quam rem manifestam quod unus ex testibus observavit laudi dandum est Welckero; is enim exemplo suo in diario adscripsit: »*streng στοιχηδόν* [sic] (*Buchstabe unter Buchstaben*)«, quod testimonium a Carolo Keilio editum non respectum esse a viris doctis iuste mireris.

In versu primo ἀν]άϙοιν — debebat ϝαν. — Roehlii, cuius reliqua supplementa iure suo repudiavit Comparetti, confirmatur litterae Alpha vestigiis satis certis, quae ante ϙ deprehendisse mihi videor. Ac sane Dioscuros Argivos audivisse Ἄνακας testantur Paus. 2, 22, 6 et tituli n. 564. 566 (hic item a victore agonistico dedicatus); cultos eos esse cum uxoribus et filiis docet Paus. 2, 22, 5, unde supplementum proposui ϝε͂ο]ν τε. Manifesto dictum erat: imagines dedicavit Dioscurorum.

In versu altero ἔ]ργα primus dedit Boeckh, quem fere omnes sunt secuti, non recte, nam legi non potest Ἰσχύλλο–, quod foret ϝισχ. In fine versus periisse patet litteram unam, ut iam disceptata sit controversia de casu nominis et huius et in versu tertio sequentis: Θίο↓ audiebat dedicantis pater, ut iam statuerat Müller, qui etiam verba reliqua bene expedivit, postquam metrum agnovit Hermann, δα[μ]ιοσίοις Seidler (apud Hermannum). Lectionem in versu tertio, quem quamquam congruunt Ross et Le Bas coniecturis vexavit Kaibel, moneo certissimam esse. — De στάδιον = στάδιον et de νίκη = ἐνίκασε cf. Ahrens, De dial. 2, 109. 195. Et in stadio et ἄνδρας ὁπλιτευόντας (Paus. 2, 15, 3) vincere poterat Aeschylus Nemeae.

562 »Argis iuxta D. Basilii.«

E schedis Fourmonti Boeckh. C. I. G. 1159.

– – – Α Π – – – –
– – Ι – – – – – \ Α – – –
Ι . . \ Ι Δ Ι C Α Ι . . . Η Ν Ε Ι Ι – –
Λ – – – – –
Κ Υ Δ Η Ν – – – Ι Ω Ν Α Ν . . . Ι .
Ο Υ . . . \ . . Η Μ Ι Ν
Δ Ο Υ Λ Ο C Υ Ν Η . Ν . Υ . . Δ . . \ Ε Ν
Θ Ε Ρ Ι Ν Η

»Fragmentum carminis« Boeckh, qui verba non attigit, ac certe non multum est dispiciendum. Vs. 5 -κύδην videtur exitus nominis proprii. — Vs. 6 ἡμῖν. — Vs. 7 δουλοσύνη. — Vs. 8 Θερινή, nisi emendandum est ἐλευ]θερί(αν). — Videtur esse de dedicatione.

563 Argis in ecclesiae S. Demetrii muro meridionali, l. 0,54, a. plus quam 0,34. In versu altero litterae inter duo Sigma consulto erasae.

Expédition de Morée II p. 97 n. 6 et Le Bas, *Inscriptions recueillies par la commission de Morée* 3, p. 193 n. 53 e schedis Trézelii et Quineti. Ross, Inscr. Graec. ined. I 54. Welcker (in cuius diario vidi), Mus. Rhen. 1, 1842, p. 213. Le Bas-Foucart, *Voyage archéol.* II 113. (Kaibel, Epigr. Graeca 814. Cougny, Anthol. Pal. III 1, p. 36 n. 236. Cophiniotis, Ἱστορία τοῦ Ἄργους I 315.) Cf. Osann, Comment. de gemma scalpta Christiana, Gissae 1843, p. 16. C. Keil, Mus. Rhen. 14, 1859, p. 510. Kaibel, *Hermes* 29, 1894, p. 84 adn. 1.) — *Contuli* lapidem (in quo tamen versus 4 et 5 nunc paene toti tecti) et ectypum Le Basii.

spatium vacuum
Ε Ρ Μ Η Σ Δ Ι Κ Α Ι Ο Σ Ε Ι Μ
Κ Α Ι Μ Ε Σ ////////////////// Σ
Ε Σ Τ Η Σ Ε Λ Ε Ν Χ Ο Ν Τ Ω
Δ Ι Κ Α Ι Ω Ν Κ Α Ι Α Δ Ι Κ Ω
Λ Κ

Ἑρμῆς δίκαιος εἰμ[ὶ] | καί με Σ – ⏑ ς |
ἔστησ' ἔλεγχον τῶ[ν] | δικαίων καὶ ἀδίκω[ν].
λκ.

Var. lect. Vs. 2 utrumque Σ omittunt Ross Welck. ‖ vs. 3 ΕΓΧ Ross ‖ vs. 5 omittunt Quinet Ross Welck., ΛΚ Le Bas, *Voyage*, ΟΚ Tréz.

In indice lectionum Gryphiswaldensium hiemis 1892/93 p. VI sq. monstravit Marx, secundum Graecorum fidem, cuius testimonium praebet Rudentis prologus vs. 15, malefacta hominum in tabulis exscripta ad Iovem deferri; scribendi munere fungi Mercurium in fabula Aesopica 152 Halm (= Babr. 129). Unde perspexit Kaibel (*Hermes*) explicari vexatum titulum nostrum, et sane vel cum verbis eius congruit Ps. Lucian. Philopatris 13: ἔστιν ἐν οὐρανῷ βλέπων δικαίους τε κἀδίκους καὶ ἐν βιβλίοις τὰς πράξεις ἀπογραφόμενος κτλ. — Subscriptae litterae ΛΚ quid sibi velint nescio.

564 Parva basis aenea in museo Berolinensi, in qua servati sunt pedes statuae, quorum laevus alteri praepositus est. Titulus in quattuor baseos partibus.

Fränkel, *Archäol. Zeitung* 40, 1882, p. 383. (Roberts, *Introduction to Greek epigraphy* 72. Prellwitz, *Dialektinschr.* 3262. Röhl, Imagines inscr. p. 66 n. 1.) Imago veram magnitudinem aequat.

Τῶν ϝανάκοιν τοὶ Νιφάχα ἀνέθεν.

Monumentum viro cuidam docto Naupliae monstratum est una cum Argivo eisdem deis dedicatum n. 566, ut et ipsum oriundum esse ab Argis sit credendum. Hic floruisse τῶν ϝανάκων cultum dictum est ad n. 561, de nominibus dedicantium omissis ad n. 192. Dedicaverunt imaginem patris, ad cuius nomen conferenda glossa Hesychii νίφεν· μέγα.

565 Statua aenea iuvenis nudi, qui brachiis corpori appressis pedem sinistrum paululum dextro anteponit, a. 0,131. Olim in museo Naniano, tum Parisiis in collectione Pourtalès-Gorgier, nunc in museo Petropolitano. Titulus in tribus baseos partibus.

Maffei, Verona illustrata III 261 (editionis primae, 1732). Zanetti, *Due antichissime Greche iscrizioni* (Venet. 1755) p. XXIII. Corsini, *Spiegazione di due antichissime iscrizioni Greche* (Roma 1756). Passeri, *Osservazioni sopra l' avorio fossile* etc. (Venet. 1759) p. XXIV. Paciaudius, Monumenta Peloponnesia T. 2 p. 51. Winckelmann, *Geschichte der Kunst des Alterthums* I cap. 1, § 9 (p. 8 ed. primae, 1764). Lanzi, *Saggio di lingua Etrusca* T. 1, tab. 1 n. V; p. 103. *Collezione ... nel museo Naniano* n. 29 et n. 276. Panofka, *Antiques du cabinet Pourtalès* (1834) tab. XIII; p. 42. Dubois, *Description des antiques ... de Pourtalès-Gorgier* p. 103 n. 529. (Boeckh, C. I. G. 6. Franz, Elementa epigr. p. 67 n. 25. Kirchhoff, *Alphabet*[4], 28. Röhl, Inscr. antiq. 31; Imagines inscr. p. 66 n. 3.) — *Ectypum et designationem* debeo liberalitati Kieseritzkyi. Imago reddit veram magnitudinem.

ΓΟ⊦ΥΚΡΑΤΕΜ ΑΝΕ⊕ΕΚΕ

Πολυκράτης ἀνέθηκε.

---

566 Rota aenea in museo Britannico, diametros 0,10. Oriunda esse fertur e vicinia Argorum.

Newton, *Greek inscriptions in the British Museum* II 138. Röhl, Inscr. antiq. 43*a*, p. 173, et Imagines inscr. p. 68 n. 14 ex apographo Purgoldi. Walters, *Catalogue of the bronzes in the British Museum* p. 28 n. 253. (Roberts, *Introduction to Greek epigraphy* 82*a*. Prellwitz, *Dialektinschr.* 3274.) Cf. Baunack, *Leipziger Studien* 1, 175. Meister, *Jahrbücher für Philologie* 125, 1882, p. 522. W. Schulze, Quaest. epic. p. 60 adn. 1. Hoffmann, *Bezzenberger's Beiträge* 14, 272. Blass-Kühner, *Ausführliche Grammatik* 1, 395. Gust. Meyer, *Griech. Grammatik*[3] 481. — *Vidi*. Repraesento imaginem a *Prottio* Londini designatam, quae reddit veram magnitudinem.

Τοῖ ϝανάκοι ἠμί. Εὔδ[ικο]ς ἀνέθηκε.

De *ϝανάκοιν* cultu Argivo vide ad n. 561. De ΤΟΙϜΑΝΑΚΟΙ adstipulandum est eis qui ponunt genetivi dualis breviorem formam desinentem in οι pro οιν. — Ad Εὐδ[αμο]ς vel Εὐδ[άμα]ς, quae proponit Walters, cum priores nominis litterae satis longe inter se distent, vix sufficit spatium, ergo ut verisimilius scripsi Εὐδ[ικο]ς. Dedicatum est pro victoria curruli, reportata credo cum Newtonio Nemeae; comparat rotam votivam apud Carapanum, *Dodone* tab. 26, 1.

---

567 In museo Berolinensi anaglyphum lapidis calcarii, repertum Argis anno 1843. A. 0,63. l. 0,29. cr. 0,11. Repraesentatur Diana, sinistra ferens arcum, dextra falcem, pharetram clausam in tergo. Titulus ad utramque capitis partem; litterae altae circa 0,016.

Le Bas, *Revue archéol.* II, 1845—1846, 2 p. 691; tab. XLIV. Idem, *Voyage archéol.* II n. 109; *Monuments figurés* pl. 102 n. 1. Kirchhoff, *Alphabet* ed. 3 p. 87; ed. 4 p. 100. Röhl, Inscr. antiq. 45 et Imagines inscr. p. 68 n. 15. *Beschreibung der antiken Skulpturen zu Berlin* (1891) n. 682. (Cauer, Delectus[2] n. 56. Prellwitz, *Dialektinschr.* 3276. Roberts, *Introduction to Greek epigraphy* 84. Cophiniotis, Ἱστορία τοῦ Ἄργους I 115.) — *Designandum curavi e lapide* ad paulo plus quam dimidium redactum.



Πολυστράτα ἀνέθηκε.

Kirchhoff titulum post bellum Peloponnesiacum scriptum esse censuit; antiquiori aetati, recte ut mihi quidem videtur, monumentum assignant auctor catalogi Berolinensis et Furtwängler, *Meisterwerke* 415, qui intra annos fere 440 et 430 a. Chr. n. confectum id esse putat. Ac certe non est, cur negemus hac iam aetate irrepere potuisse litteram Ionicam H; cf. n. 355. 760.

---

568 Athenis in museo (Γλυπτά n. 1509) anaglyphum lapidis calcarii cani, infra fractum. A. 0,26. l. 0,31. cr. 0,06. Repraesentatur ad dextram deus barbatus iacens in lecto, dextra sublata tenens rhytum, sinistra pateram. Ante lectum mensa tripes cum placentis, inter quas πυραμίδες. Ad sinistram ante lectum sedet dea, manu sinistra tenens pateram continentem ut videtur placentas, quarum unam dextra protendit magnae serpenti. Caput et dei et deae humili modio est instructum. Titulus supra anaglyphum.

Δελτίον ἀρχαιολογικόν 1890, p. 74 n. 15. — *Exscripsit Prott* et misit ectypum.



Θε]ῶι Ἀσ[τυ]όχε[ι]α Τελέστα ἀνέθηκε.

Restitui. Et litteratura et Woltersio iudice anaglyphum prodit saeculi quarti dimidium alterum. Initio desunt litterae non plus duae, ut cum Ἥρ]ωι sine articulo fuisse credi nequeat, non dubitandum sit de supplemento Θε]ῶι: dedicatum est deo mortuorum, iuxta quem sedens repraesentata est Θεά, sicut in anaglypho aequali Eleusinio Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. 1886, tab. 3, in quo quidem praeter Θεῶι et eius appellatio est inscripta: Θεᾶι (cf. Prott, *Athen. Mitth.* 24, 1899, p. 258 sq.).

Incertum est utrum nominis muliebris terminatio scripta fuerit εα an εια, ad quod cum etiam prius Iota solito propius ad litteras vicinas accedat, sufficit spatium.

569 Argis in radice arcis ad orientem spectante murus constructus est e lapidibus polygoniis calcariis, in quorum uno repraesentatae sunt anaglypho minime edito mulieres tres sedentes, subter quas titulus. a. 0,17. l. 0,40.

Dodwell, *Classical tour* 2, 217 (inde Boeckh, C. I. G. 1160). *Expédition de Morée* II tab. 60 fig. 7. Bis exscriptum vidi a Rossio: in diariis a. 1833 et 1844. E Welckeri diario (in quo vidi) C. Keil, Mus. Rhen. 1859, p. 514. Göttling, *Gesammelte Abhandlungen* 1, 89 adn. 2. Bursian, *Berichte der sächsischen Gesellschaft der Wissenschaften* 1860, p. 211. Conze et Michaelis (in quorum diariis vidi), *Annali d. Inst.* 1861, p. 16. Le Bas-Foucart, *Voyage archéol.* II 127. Milchhöfer, *Athen. Mitth.* 4, 1879, p. 157 n. 2. Io. Schmidt, ibid. 6, 1881, p. 357 n. 56. I. Baunack, Philologus 48, 1889, p. 396 n. 11. (Cophiniotis, Ἱστορία τοῦ Ἄργους I 92.) — *Exscripsi* et ectypum confeci.



Ἐπιτελίδε[σσι
Δα[μο]κὶς ἔσσατο
κα]ὶ Λ[υ]σικράτεια.

Varia lectio potior. In versu primo congruunt fere testes, nisi quod in fine Sigma addunt Burs. Mich. Schmidt, — Le Bas. Potest sane hic fuisse Σ, sed lineae nunc conspicuae mihi quidem fortuitae visae sunt. — Vs. 2 ante ΙΣΣΑΤΟ, in quo consentiunt fere omnes, ΔΑ-Α-Σ Dodw., ΔΑΙΚ.Σ Ross 1833, ΛΑ..Σ.Σ Ross 1844, ΔΑ..ΚΙΣ Burs., ΔΑΙ.ΚΟΣ Conze, ΔΑΙΚΙΣ Mich., ΔΑ.Ι.Σ Milchh., ΔΑ..Κ.Σ Baun. (Schmidt eadem quae ego) || vs. 3 in. a me vix discrepans .ΙΛΥΣΙ Schmidt, -ΥΣΙ Welck., .ΔΤΙΣΙ Ross 1833, .ΙΛ.ΣΙ Ross 1844, ...ΛΥΣΙ Burs., .ΛΙΣΙ Conze, .ΙΛΙΣΙ Mich., ΛΙΣΙ Milchh., .ΜΛΙΣΙ Baun.

Votivum esse apparet et hunc titulum et eum qui proxime insequitur, neque prima vox, quae in utroque eadem est (differente tantum casu) vix aliud potest significare atque numen. Habemus igitur trinitatem dearum Argivarum, quae Ἐπιτελίδες dictae quarum rerum fuerint »confectrices« est incertum. Cum colantur a mulieribus, proclivis est coniectura eas confecisse partus; sed cum n. 571 et 574 trinitati quoque dearum fatalium, a nostra quidem diversae, dedicetur a mulieribus, Ἐπιτελίδες fortasse conficiebant Fati erga homines voluntatem, ut fuerint Parcae vel Parcarum similes; cf. Θέμιδες Sicyonias Paus. 2, 31, 5.

570 Eiusdem muri, in quo est n. 569, alii lapidi magno insculpta est stela a. 0,50. l. 0,29, aetomate et infra cymatio instructa, in qua iterum repraesentatae sunt mulieres sedentes tres. Titulus supra anaglyphum.

Dodwell, *Classical tour* 2, 217 (inde Boeckh, C. I. G. 1161). *Expédition de Morée* II tab. 60 fig. 6. Ross in diario a. 1833. E Welckeri diario (in quo vidi) C. Keil, Mus. Rhen. 1859, p. 513. Le Bas-Foucart, *Voyage archéol.* II 128. Milchhöfer, *Athen. Mitth.* 4, 1879, p. 157 n. 3. Io. Schmidt, ibidem 6, 1881, p. 357 n. 57. (Cophiniotis, Ἱστορία τοῦ Ἄργους I 93.) — *Exscripsi* et ectypum confeci.

Ε Π Ι Τ Ε Λ Ι Δ Ω Ν Τ Α
Δ Ι Ο Ν Υ Σ Ι Ο Υ Α
////// Τ ////// Ε Ι //////

Ἐπιτελίδων. Τα[ῖ]
Διονυσίου α-
- - - - - - -

Var. lect. Vs. 1 ΑΔΩΜΠΑΝ Dodw., --ΑΔΩΝΤΑ Welck., ...ΛΙΔΩ ΝΕΑ Ross, Σ.ΤΙΛ.ΩΝΤΑ Le Bas, ///\\//ΔΟΝΤΑ Schm. Mecum consentit Milchh., nisi quod pro Ω dat Ο et in fine addit Ι, et re vera utrum post Α modo sit margo editus, an cum eo fere coalitum Iota diiudicari nequit || vs. 2 nil nisi Σ Ο Α Dodw., ΣΤΟΚΑ Ross, ΚΟ.ΝΥ .ΟΚΑ Le Bas. Eadem atque ego Milchh. et Schm., sed omissis in fine ΥΑ || vs. 3 omittunt cuncti.

Cf. quae adnotavimus ad titulum proxime praecedentem. Nomina dedicantium omissa fuisse videntur sicut in n. 191 et in exemplis ibi allatis.

571 Anaglyphum lapidis calcarii in museo Argivo, olim supra portam ecclesiae Sanctae Barbarae in vico *Laluka*, qui quartam fere horae partem a Sancto Ioanne (cf. lemma n. 574) abest ad orientem versus. Repraesentantur Furiae tres, manibus tenentes angues. Titulus tenuiter incisus regulae supra anaglyphum. A. 0,36. l. 0,34. cr. 0,10.

Milchhöfer, *Athen. Mitth.* 4, 1879, p. 153 n. 500; tab. X, 2. I. Baunack, Philologus 48, 1889, p. 394 n. 1 litteris minusculis. (Prellwitz, *Dialektinschr.* 3279. Cophiniotis, Ἱστορία τοῦ Ἄργους I p. 105 n. 499; fig. 23.) — *Exscripsi.*

Λ Λ Ι Σ Κ Α Ι //////////////
Α Γ Η Ι Π Π Α Α Ν Ε Θ Ε Ν

Λαΐς, Κα......,
Ἀγήππα ἀνέθεν.

Vs. 1 ///ΑΙ-- (»Λαΐς?«) Milchh., ...αις καὶ | Ἀγ. Baun. (mire initium supplens Ὀν]αίς), sed sub fine versus prioris aliquid periisse monstrat vel scripturae dispositio.

572 Argis in area ante museum magnum epistylium lapidis calcarii a sinistra fractum. A. 0,29. l. 1,04. cr. 0,30. — *Exscripsi.*



- - - - - - ηρ καὶ Πράτων
ἀν]έθηκαν.

Fuerit quarti a. Chr. n. saeculi vel incipientis tertii.

573 Argis in porticu domus, quam possidebat ὁ στρατηγὸς Τσώκρη, anaglyphum lapidis calcarii repraesentans mulierem manibus ambabus tenentem coronam, ad quam dextram porrigit puer, laeva apprehendens pallium suum. Titulus in regula supra anaglyphum. A. 2,2. l. 0,70.

Expédition de Morée II 107; tab. 61, 1. Le Bas-Foucart, *Voyage archéol.* II 110. Milchhöfer, *Athen. Mitth.* 4, 1879, p. 157 n. 4. (Cophiniotis, Ἱστορία τοῦ Ἄργους I 113.) — *Exscripsi.*

////////////// Ι Σ *vacat* Λ Α Ι Κ

- - - ις Λαικ[ρατ- -

Var. lect. Σ ΑΑΙΚ *Exp.*, Σ..ΛΛΑΙΣ Le Bas.

574 Stela cum aetomate mutila a sinistra et infra, reperta prope ecclesiam Sancti Ioannis, quae dimidium fere horae abest ab Argis ad orientem versus, nunc Argis in museo. Anaglypho repraesentatae erant mulieres tres (Furiae), quarum duae incolumes, manibus tenentes angues; infra eas in campo separato sculpta erat mulier (dedicans), cuius servatum est caput. Titulus in epistylio supra anaglyphum. A. 0,37. l. 0,29. cr. 0,07.

Martha, *Bull. de corr. Hell.* 3, 1879, p. 193 n. 3. Milchhöfer, *Athen. Mitth.* 4, 1879, p. 152 n. 498; tab. X 1. (Cophiniotis, Ἱστορία τοῦ Ἄργους I p. 105 n. 492; fig. 22.) — *Contuli.*

Κ Α Α Ν Ε Θ Η Κ Ε

-δί]κα (s. -νί]κα) ἀνέθηκε.

Initium ΙΚ dat Martha, ut lapidem aliquanto pleniorem vidisse credendus sit.

575 Anaglyphum lapidis calcarii Argis in museo, olim in muro ecclesiae S. Ioannis, de qua v. lemma n. 574. Repraesentatae sunt Furiae tres, quarum unaquaeque manu sinistra tenet anguem, dextra florem, et eas adorantes vir et mulier. Titulus est supra anaglyphum. A. 0,41. l. 0,25. cr. 0,10.

Milchhöfer, *Athen. Mitth.* 4, 1879, p. 152 n. 499; tab. IX. (Prellwitz, *Dialektinschr.* 3280. Cophiniotis, Ἱστορία τοῦ Ἄργους I p. 105 n. 498; fig. 22.) — *Exscripsi.*

_ Y K P A T E I A	Ε]ὐκράτεια
E Y M E N I Σ I N	Εὐμενίσιν
E Y X A N	εὐχάν.

Vs. 1 ..I ꟷA IEIA Milchh.

576 In epistylio.

Le Bas-Foucart, *Voyage archéol.* II 111 ex apographo Landroni. (Prellwitz, *Dialektinschr.* 3281.) Cf. Usener, *Stoff des griech. Epos* 51.

Θ E N T Ω I Θ H P A N I -- ἀνέ]θεν τῶι Θήρωνι.

Θηρῶνι scribunt Fouc. (qui supplevit verbum) et Prellw., Θήρωνι Usener, qui aequat nomen fluvii Cretensis Θήρων, prope quem Iovis et Iunonis nuptias habitas esse refert Diodor. 5, 72.

577 Parva ara marmorea (alii basim esse non recte dicunt), supra et infra cymatiis ornata, a. 0,20. l. 0,12. cr. 0,11.

Foucart in explicationibus ad Le Bas, *Voyage archéol.* II 109 a. Milchhöfer, *Athen. Mitth.* 4, 1894, p. 148 n. 508 litteris minusculis. (Cauer, Delectus [2] n. 57. Prellwitz, *Dialektinschr.* 3283. Cophiniotis, Ἱστορία τοῦ Ἄργους I p. 106 n. 507.) — *Exscripsi.*

Γ P Ω T I Ω N	Πρωτίων
A P T A M I	Ἀρτάμι.

578 »Argis in domo Iosephi.«

E schedis Fourmonti Boeckh, C. I. G. 1144. (Prellwitz, *Dialektinschr.* 3284.)

. . E Σ T A Σ A N E Θ H X E Τελ]έστας ἀνέθη[κ]ε.

Restituit Boeckh, nomen quidem dubitanter; Ὀρ]έστας Prellwitz.

579 Lapis quadratus Argis in domo, quam possidet N. Βαρίλας. A. 0,40. l. 0,33. cr. 0,12. — *Exscripsi.*

Γ E P O N T Ω N	Γερόντων
T Ω N A Π O	τῶν ἀπὸ
Δ A N A O Y	Δαναοῦ.

Γέροντες intellige socios gerusiae, quod institutum frequens in Asia non plane deest in Graecia (v. catalogum Menadieri, Ephesii p. 59 adnot. 200, cui addenda est Andania e titulo de mysteriis vs. 47). Dedicant γερόντων ei, qui originem suum deducunt a Danao, sicut Timocrates n. 590 a Perseo et Dioscuris.

580 »Argis in D. Nicolai« (ubi nihil repperi).

E schedis Fourmonti Boeckh, C. I. G. 1142. (Cophiniotis, Ἱστορία τοῦ Ἄργους I 81.)

Δ E Ξ I Σ T P A T O Σ A P X I Γ Γ . .
A Γ O Λ Λ Ω N I ˋ Δ E K A T . . .

Δεξίστρατος, Ἀρχίππ[ου]
Ἀπολλωνί[ου] δεκάτ[αν].

Δεξ. Ἀρχίππ[ου] | Ἀπόλλωνι Boeckh, ac sane fortuita fuisse potest linea ˋ, sed cum superesse possit de Y, retinere malui traditum; vix fuerit de A, ut tertio loco indicata sit mulier Ἀπολλωνί[α]. Tum [τῷ] δεκατ[ηφόρῳ] dubitanter Boeckh.

581 »Argis in domo Iosephi« e schedis Fourmonti Boeckh, C. I. G. 1134. (Prellwitz, *Dialektinschr.* 3297. Cophiniotis, Ἱστορία τοῦ Ἄργους I 128.) Cf. Liebenam, *Röm. Vereinswesen* p. 185.

O I Σ T I A T O A H A Σ T A I M A P K Ω I A N T Ω N I Ω I
A N A Ξ I Ω N O Σ Y I E I A P I Σ T O K P A T E I K T I Σ T A
H P Ω I

Οἱ Σ(πα)τοληασταὶ Μάρκωι Ἀντωνίωι
Ἀναξίωνος υἱεῖ Ἀριστοκράτει κτίστᾳ,
ἥρωι.

Emendavit versum primum Boeckh, addens »Σπατοληασταί, a σπάτος (δέρμα, σκύτος), quod Boeoticum dicitur, et verbo λεαίνω s. λεώω --. Sic erunt βυρσοδέψαι«. Male »epulones« interpretari vult Liebenam. Coriariorum collegium Romana demum aetate constitutum esse monstrat nomen conditoris, quem ut heroa colunt (cf. Rohde, *Psyche* 647 adnot. 2). De similibus sodaliciis Argivis cf. n. 530. 581. 607. 608.

582 Argis in domo, cuius possessor erat ὁ στρατηγὸς Δημήτριος Τσώκρη, parva ara rotunda cava, sertis et taeniis ornata. A. 0,12. diametros 0,14. — *Exscripsi.*

Φ I Λ Ω N Λ N E Θ H K E A Δ Ω
N I Δ I
E Y
X H N

Φίλων ἀνέθηκε Ἀδώνιδι | εὐχήν.

Cf. Paus. 2, 20, 6 καὶ Διὸς ἐστιν ἐνταῦθα ἱερὸν Σωτῆρος. παριοῦσιν ἐστὶν οἴκημα, ἔνθα τὸν Ἄδωνιν αἱ γυναῖκες Ἀργείων ὀδύρονται.

3. TITVLI HONORARII.

583 Argis in museo basis lapidis calcarii fusci, nunc in partes duas fracta, quae cum incolumis anno 1840 reperta est, posita erat in lapide quadrato marmoris albi, quem fulciebat lapis flavus, et tecta tabula marmoris albi exhibente statuae vestigia. A. 0,17. l. pars laeva 0,41, dextra 0,35. cr. 0,33.

Γ. Χρυσοβέργη, *Δοκίμιον περὶ τῆς ἐν Ἄργει Νικοκρεοντείου ἐπιγραφῆς* (Naupliae 1840); inde Ross, *Archäol. Zeitung* 2, 1844, p. 346 (= *Archäol. Aufsätze* 2, 662), qui postea titulum ipse vidit et exscripsit in diario anni 1844. Welcker, Mus. Rhen. 1848, p. 101. Le Bas, *Voyage archéol.* II 122 cum commentario Waddingtonii. (Kaibel, Epigr. Graeca 846. Hicks, *Manual of Greek historical inscr.* 233. Cougny, Anthol. Pal. III 1, p. 13 n. 96. E. Hoffmann, Sylloge epigr. 358. Cophiniotis, Ἱστορία τοῦ Ἄργους I 306. Michel, *Recueil d'inscr. Grecques* 1265.) Cf. Bergk, *Archäol. Zeitung* 17, 1859, p. 60. — *Exscripsi et confeci ectypa.*



Μ]ατρ[όπολ]ίς μοι χθὼν Πέλοπος τὸ Πελαζγικὸν Ἄργος,
Πνυταγόρας δὲ πατὴρ Αἰακοῦ ἐκ γενεᾶς·
εἰμὶ δὲ Νικοκρέων, θρέψεν δέ με γᾶ περίκλυστος
Κύπρος θειοτάτων ἐκ προγόνων βασιλῆ,
στᾶσαν δ' Ἀργεῖοί με χάριν χαλκοῖο τίοντες,
Ἥραι ὃν εἰς ἔροτιν πέμπο[ν ἀε]θλα νέοις.

Versus singuli collocati sunt inter lineas; scriptura est pulcherrima neque ulla littera dubia. Litteras in exemplo meo inter fragmentorum margines positas, nunc quidem deletas, vidi in ectypo a Le Basio confecto. Supplementa sunt Rossii. In interpretatione post egregia Rossii et Waddingtonii commentaria brevem esse licet. Erexerant Argivi statuam Nicocreontis, regis Salaminis Cypriae, quem titulus Pnytagorae filium fuisse confirmat (cf. Engel, *Kypros* 1, 354); rex iam erat anno 331 a. Chr. n. (Plut. Alex. 29); a Ptolemaeo anno 312 Cypro toti praefectus est ut στρατηγός (Diod. 19, 79), quam dignitatem cum a. 307 alium tenere videamus (Diod. 20, 47, 3), ante hunc annum mortuus esse credendus est. Reges Salaminis originem duxisse ab Aeaco (vs. 2) testatur Isocrat. Euagor. 14 sq. Versu primo Peloponnesum dici Aeacidarum terram patriam, quia Aegina, Aeaci mater, Asopi fluvii filia fuerit, statuit Ross, obloquente Waddingtonio, qui ipsius Nicocreontis matrem Argivam fuisse e titulo elucere contendit, cum Asopus flumen Sicyonium sit, non Argivum. Quod licet verum sit (cf. Paus. 2, 25, 2) atque Phliunte Aeginam a Iove raptam esse dixerint (Diod. 4, 72, 5; cf. Paus. 5, 22, 6. 10, 13, 6), tamen stat Rossii sententia, nam τὸ Ἄργος hic, ut cum Strabone loquar (371 C), τὴν Πελοπόννησον λέγει et revera appositum est ad χθὼν Πέλοπος; significatio autem vocis q. e. ματρόπολις vel in prosa oratione non circumscripta est urbis patriae notione, cf. Thucyd. 1, 107 et 3, 92: Δωριῆς ἡ μητρόπολις τῶν Λακεδαιμονίων. Causam honoris iam detexit Ross, ut Kaibelium a vero rursus aberravisse mireris: Argis in certamine Heraeorum s. Hecatombaeorum praemium victorum erat clypeus aeneus, ut τὴν ἐξ Ἄργους ἀσπίδα vicisse dicerentur (cf. n. 591 vs. 6 sq. Boeckh ad Pind. Ol. 7, 83); ad hos clypeos fabricandos Nicocreon haud semel (πέμπον) materiam miserat e clarissimis insulae suae metallis. — Orthographiae ζ pro σ sicut in Πελαζγικόν (vs. 1) exempla congessit G. Meyer, *Griech. Grammatik*[3] p. 302 sq.

584 Fragmentum Argis muro inaedificatum exscripsit a. 1868 Foucart: Le Bas, *Voyage archéol.* II 126 a.

ΑΤΟΡΑΤΙΤΟΝ
ΑΡΑΣΕΒΑΣΤΟΥ
ΣΠΑΣΙΑΝΟΥΥΙΟΝ
ΗΣΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥΓΥΜΝΑ
ΗΣΑΣΥΠΕΡΛΕΙΤΑΣ

Αὐτοκρ]άτορα Τίτον
Καίσ]αρα Σεβαστοῦ
Οὐε]σπασιανοῦ υἱόν
. . . . . ης Ἀλεξάνδρου γυμνα-
σιαρχ]ήσας, ὑπὲρ λειτᾶς.

Supplementa sunt Foucarti. Titulus positus est vivo etiam Vespasiano, i. e. ante mensem Iunium anni 79 p. Chr. n., et postquam imperator acclamatus est Titus, quod evenit auctumno anni 70 (cf. Prosopogr. Imp. Rom. II p. 79); »interdum Titus vivo quoque patre Imperatoris praenomine ornatus invenitur« (Wilmanns, Exempla inscr. n. 918). — ὑπὲρ λειτᾶς est »ex voto« (Fouc.).

585 »Argis in via, in marmore.«
E schedis Fourmonti Boeckh, C. I. G. 1140.

. . Ι Ι
. . Η Δ Α Μ Ο - - -
. . . Δ Α Μ Ο Σ Θ Ε - -
. Γ Ε Ι Ο Ν · Α Ρ Ε Τ Α -
Ε Ν Ε Κ Ε Ν - -

Ἁ] π[όλις ἐτίμα-
σε] Δαμο[σθένε-
α] Δαμοσθέ[νεος
Ἀρ]γεῖον ἀρετᾶ[ς
ἕνεκεν.

Sic haec fuerint refingenda. Ἀργεῖος dici poterat honoratus etiam in urbe sua patria, vide n. 611.

586 Argis in ecclesiae Sancti Demetrii muro ad orientem spectante lapis marmoreus, a. 0,40. l. 0,62.

Le Bas-Foucart, *Voyage archéol.* II 117 ex apographo Landroni. — *Exscripsit Fredrich.*

ΟΟΙ·ΥΙΟΝΡΗΓΛΟΝΙ
ΕΙΑΝΑΓΩΝΟΘΕΤΗΣΑΝΤΑ
ΩΣΚΑΙΜΕΓΑΛΟΦΥΧΩΣΟΥ
ΟΝΤΑΗΡ ΕΚΤΩΝΙΔΙΩΝ
ΣΚΑΙΕΔΩΚΑΜΕΝΤΑΣΠΕΡ
ΤΕΙΜΑΣΚΑΙΧΡΥΣΟΦΟΡΙΑΝ
ΟΥΚΑΙΜΟΝΩΚΑΙΠΡΩ‾ΩΙ
ΙΙΑΡΙΑΝΤΑΣ

........................δου υἱὸν Ῥηγλον, [ἀ-
.....................ειον, ἀγωνοθετήσαντα
Σεβάστεια δικαί]ως καὶ μεγαλοψύχως οὐ
μόνον, ἀλλὰ καὶ δ]όντα Ἥρ[ᾳ] ἐκ τῶν ἰδίων
δραχμὰς χιλίας(?)], ᾧ καὶ ἐδώκαμεν τὰς
Περσέος καὶ Ἡρακλέος] τειμὰς καὶ χρυσοφορίαν
μετὰ πορφύρας διὰ βί]ου καὶ μόνῳ καὶ πρώ[τ]ῳ
καὶ ἀνεστήσαμεν ἀν]δριάντας.

Scite restituit Foucart, corrigens Landroni vitia.

---

587 In muro meridionali ecclesiae Sancti Demetrii, a. 0,71. l. 0,66. Infra et supra cymatia.

Pouqueville, *Voyage de la Grèce* IV 163 (2. *éd.* vol. 5 p. 208); inde et e Fourmonti schedis Boeckh, C. I. G. 1126. *Expédition de Morée* II 94 ex apographis Trézelii et Quineti. Lectiones e Welckeri diario (in quo ipse vidit) dat C. Keil, Mus. Rhen. 14, 1859, 510. Le Bas-Foucart, *Voyage archéol.* II 118. — *Exscripsi*; inspexi etiam Le Basii ectypum.

ΕΝΟΥΣΥΙΟΝΚΛΕΟΓΕΝΗ
ΕΙΩΝΚΑΙΝΕΜΕΙΩΝ
ΚΑΙΤΗΣΠΕΡΙΤΟΥΣ
Σ *vac.* ΟΙΕΛΛΑΝΟΔΙΚΑΙ
ΓΑΙΟΣΔΑΜΟΣΘΕ
ΠΟΛΛΩΝΙΟΥΜΑΡΚΟΣ
Λ *vac.* ΔΕΚΟΥΜΙΟΣΞΑΝΘΟΣ
ΕΙΚΙΑΣΣΕΡΑΠΙΩΝΟΣ
ΟΣ *vac.* ΕΡΜΑΙΟΣΚΑΛΛΙ
Σ *vac.* ΣΩΣΟΣ ΝΙΚΗΦΟΡΟ
vacat unius versus spatium
ΦΥΡΑΣ *vacat*

Var. lect. Vs. 2 in. ΕΡΩΝ Welcker falsa specie deceptus || vs. 10 in. ΟΣ Le Bas, *Voyage* non recte, ut vel ipsius monstrat ectypum (iteratum est in eius exemplo edito versus praecedentis exordium).

...................]ένους υἱὸν Κλεογένη
ἀγωνοθέτην Σεβαστ]είων καὶ Νεμείων,
μεγαλοψυχίας ἕνεκα] καὶ τῆς περὶ τοὺς
Ἕλληνας(?) δικαιοσύνη]ς οἱ ἑλλανοδίκαι
..................., Γάιος Δαμοσθέ-
νης .... Ἀ]πολλωνίου, Μᾶρκος
...................]. Λ(ούκιος) Δεκούμιος Ξάνθος
nomen patris, praenomen et gentile N]εικίας Σεραπίωνος,
...................]ος, Ἑρμαῖος Καλλί-
ου, ...]ς, Σῶσος Νικηφόρο[υ],
χρυσοφοροῦν μετὰ πορ]φύρας.

»Hellanodicas intellige Nemeorum --; numero videntur duodecim esse, quum Olympiae hac aetate decem fuerint (Paus. V 9, 4 sq. coll. Schol. Pind. Olymp. III 22 nostr. ed.)«. Sic Boeckh, sed manifesto decem erant sicut Olympiae. — Vs. 3 ἀρετῆς ἕνεκα Boeckh et Le Bas, quod spatii causa mutavit Foucart. — Vs. 6 insolite postpositum fuisse videtur nomini Graeco (Δαμοσθένης) gentilicium Romanum. — Vs. 10 scripsi Καλλί]|ου, nomen brevissimum, quia genetivo nominis ultius totum spatium expleri nequibat; sequebatur igitur hellanodica nonus cum patris genetivo in -ς desinente. — Exitum tituli ᾧ καὶ ἐψηφίσαντο πρώτῳ καὶ μόνῳ | χρυσοφορεῖν μετὰ πο]ρφύρας scribit Fouc., πρώτῳ καὶ μόνῳ etiam omitti posse dicens, ut spatium efficiatur duodecimo hellanodicae nomini, fuisse enim censet enumeratos aut decem aut duodecim. Sed spatium interiectum inter versum decimum et undecimum caret scriptura, itaque aliter haec erant constituenda.

---

588 »Argis in lapide prope forum.«

Boeckh, C. I. G. 1133 e schedis Fourmonti. »*Près d'une mosquée*« Pouqueville, *Voyage de la Grèce* 2. *éd.* vol. 5 p. 208.

ΝΕΙΚΗΙΔΙΟΙ..ΟΛΛΑΙΝΑΔΙ
ΝΑΑΙΝΤΩΝ...ΚΛΑΝΔΡΩΝ
ΤΩΝΤΑΦΟΝΙΝΑΔΙΚΑCΑΝ
ΤΩΝΧΕΙΛΙΑΡΧΩΝ·ΠΛΑΤΥ
CΗΜΟΝΛΕΠΩΝΟC·Δ·ΦΛΑ
CΧΙΑCΤΑΜΙΑΝΚΑΙΑΝΤΙCΤΡΑ
ΤΗΓΟΝΕΠΑΡΧΕΙΑCΑΧΑΙΑC
ΕΠΙΤΩΝΥΠΟΜΝΗΜΑΤΩΝ
ΤΗCCΥΓΚΛΗΤΟΥ·ΚΑΝΔΙΔΑ
ΤΟΝΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟC·ΜΑΥΡΗ
ΛΙΟΥΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥΑΥΓΟΥCΤΟΥ
ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΥΑΓΟΡΑΝΟΜΟΝ
ΚΟΥΡΟΥΛΛΙΟΝ·CΤΡΑΤΗΓΟΝ
ΡΩΜΑΙΩΝΔΙΚΑΙΟCΥΝΗCΕΝΕ
ΚΕΝΚΑΙΑΓΝΟΤΗΤΟCΤΟΝ
ΕΑΥΤΗCΕΥΕΡΓΕΤΗΝ
Ψ Β

[Ἡ πόλις ἡ τῶν Ἀργείων Τιβέριον]
[Κλαύδιον Τιβερίου Φροντείνου υἱόν, Κυρείνᾳ Φροντεῖνον]
Νεικ[ήρατ]ο[ν, π]ό[ταλ]ιν Ἀδ[ριά-
να[λ]ιν, τῶν [δέ]κα ἀνδρῶν
τῶν τὰ φονι[κ]ὰ δικαζόν-
των, χειλίαρχ[ο]ν πλατύ-
σημον λε[γε]ῶνος δ' Φλα-
ου]ίας, ταμίαν καὶ ἀντιστρά-
τηγον ἐπαρχείας Ἀχαΐας,
ἐπὶ τῶν ὑπομνημάτων
τῆς συγκλήτου, κανδίδα-
τον αὐτοκράτορος Μ(άρκου) Αὐρη-
λίου Ἀντωνείνου Αὐγούστου
Γερμανικοῦ, ἀγορανόμον
κουρούλλιον, στρατηγὸν
Ῥωμαίων, δικαιοσύνης ἕνε-
κεν καὶ ἁγνότητος τὸν
ἑαυτῆς εὐεργέτην.
Ψ(ηφίσματι) Β(ουλῆς).

Repraesentavi exemplar Fourmonti, quod alteri multo praestat. Restituit Boeckh e titulo eiusdem viri Spartano C. I. G. 1327, ubi eadem redeunt verba. Praeterea Frontino lapis positus est Abellinas C. I. L. X 1122, »e quo titulo« ait Boeckh »patet *Decemviros stlitibus iudicandis* Graece redditos esse τοὺς δέκα ἄνδρας τοὺς τὰ φονικὰ δικάζοντας: igitur illi decemviri, quod mirum, horum titulorum aetate iudicia de caede exercuerunt«, sed id Mommsen, *Röm. Staatsrecht* II 1, 591 adnot. 1 tribuit mero errori Graeculi, qui titulum nostrum concepit. De viro v. Prosopogr. imp. Rom. I p. 373 n. 698. »Χειλίαρχος πλατύσημος (vs. 4 sq.) est *tribunus laticlavius* ---. Ἐπὶ τῶν ὑπομνημάτων τῆς συγκλήτου (vs. 8 sq.), *ab actis Senatus* ---. Κανδίδατος Αὐτοκράτορος (vs. 10), *Candidatus Principis* sive *Quaestor Principis* [de quo cf. nunc Mommsen, *Röm. Staatsrecht* II 517 sq.]«. Haec Boeckh. — Dubitavit vir summus, utrum imperator versu 10 sq. memoratus Marcus Aurelius sit an Caracalla; nunc, cum Frontinus anno 164 Lucio Vero dedicaverit titulum C. I. L. III 495, certum est nostrum positum esse regnante Marco Aurelio i. e. ante 180, et post 172, quo anno ei Germanico nomen datum est.

589 In vico *Flatanià* prope Argos alto in ecclesiae Panagiae muro antico, a. 0,81. l. 0,51.

E schedis Fourmonti Sainte-Croix, *Des anciens gouvernements fédératifs* (a. 1799) 132 et Boeckh, C. I. G. 1121. Admodum imperfecte exscripsit Ross in diario a. 1833. Le Bas-Foucart, *Voyage archéol.* II 119. — Lapis hodie valde adesus est et museo tectus, ut pauca tantum conferre potuerim; repraesento exemplum Le Basii uncis inclusis litteris quas solus vidit Fourmont.

Π Ο [Λ] Ι [Σ Η] . . Ν Α [Ρ Ι Ε Ι . Ν]
ΧΕΝΟΥΝΕΥΚΡΑΤΟΥΣ
ΑΡΧΕΦΗΒΕΥΣΑΝΤΑΓΡΑΜ
ΜΑΤΕΥΣΑΝΤΑΤΑΜΙΕΥΣΑΝ
ΤΑΑΓΩΝΟΘΕΤΗΣΑΝΤΑΠΡΩ
ΤΟΝΠΥΘΙΩΝΜΕΤΑΤΟΑΝΑΣΩ
ΣΑΙΑΥΤΟΝΤΟΔΙΚΑΙΟΝΤΗΣΑΜ
ΦΙΚΤΥΟΝΕΙΑΣΤΗΠΑΤΡΙΔΙΚΑΙ
ΑΓΩΝΟΘΕΤΗΝΗΡΑΙΩΝΚΑΙ
ΝΕΜΕΙΩΝΑΠΟΔΕΙΧΘΕΝΤΑ
ΑΡΕΤΗΣΚΑΙΕΥΝΟΙΑΣΕΝΕΚΑ
ΗΜΗΤΗΡΚΑΛΛΙΣΤΙΟΝΕΚΤΩΝ
ΙΔΙΩΝΥΠΕΡΤΗΝΠΟΛΙΝ

Ἡ] πόλις ἡ [τῶ]ν Ἀρ[γ]εί[ω]ν
Ἀρ[χ]ῖνον Εὐκράτους
ἀρχεφηβεύσαντα, γραμ-
ματεύσαντα, ταμιεύσαν-
τα, ἀγωνοθετήσαντα πρῶ-
τον Πυθίων μετὰ τὸ ἀνασῶ-
σαι αὐτὸν τὸ δίκαιον τῆς ἀμ-
φικτυονείας τῇ πατρίδι, καὶ
ἀγωνοθέτην Ἡραίων καὶ
Νεμείων ἀποδειχθέντα,
ἀρετῆς καὶ εὐνοίας ἕνεκα.
Ἡ μήτηρ Καλλίστιον ἐκ τῶν
ἰδίων ὑπὲρ τὴν πόλιν.

Vs. 3 ἀρχέφηβος (et synonymum ἐφήβαρχος) non designat magistratum, sed principem epheborum (Foucart). — Vs. 5 sq. »Pythiorum agonothetae sunt Amphictyones Delphici s. Pylaei; igitur Amphictyones, quorum hic mentio fit, non alii sunt quam Pythii ... Ius Amphictyoniae Pausaniae aetate erat Argivis ita, ut cum Sicyoniis, Corinthiis, Megarensibus unius calculi participes essent. De hac re certiores nos facit Pausan. X. 8, 3. ... Et fortasse hoc ex Augusti instituto post Actiacam victoriam derivandum est« (Boeckh). — Vs. 12 sq. curam et sumptum statuae decretae ab urbe in se recepit mater; cf. n. 612.

590 Veronae in museo lapidario n. 63 lapis, cuius margines omnes laesi, a. 0,72. l. 0,40. »Inscriptio a. 1688 Argis reperta ad arcem, in ambitu putei a Turcis constructi. Inde ablatam Venetias, posthac Antonius Mocenicus Maffeio donavit, qui Museo Veronensi intulit. Hic edidit Veron. illustr. T. I p. LX, unde petiit Muratorius T. II p. DLXI. 2. Iteravit Maffeius Mus. Veron. p. XLIII. Eadem extat in schedis Spanhemianis, quas contuli« Boeckh, C. I. G. 1124. (Franz, Elementa epigr. Graec. p. 292 n. 133. Prellwitz, *Dialektinschr.* 3290.) — *Exscripsi.*

ΑΠΟΛΙΣΑΤΩΝΑΡΓ
ΩΝΤΣΤΑΤΙΛΙΟΝΛΑΜ
ΠΡΙΟΥΥΟΝΤΙΜΟΚΡΑΤΗ
ΜΕΜΜΙΑΝΟΝΠΕΡΣΕΟΣΚΑ
ΔΙΟΣΚΟΥΡΩΝΑΠΟΓΟΝΟΝ
ΤΟΝΕΛΛΑΔΑΡ//ΝΚΑΙΑΡΧΙ
ΕΡΕΑΔΙΑΒΙΟΥΤΩΝΕΛΛΑΝΩΝ
ΣΤΡΑΤΗΓΗΣΑΝΤΑΤΩΝΑΧΑΙ
ΩΝ//// ΑΓΩΝΟΘΕΤΑΝΗΡΑ//
ΩΝΚΑΙΝΕΜ/////ΩΝΚΑΙΣΕΒΑ
ΣΤΕΙΩΝΚΑΙΝ//ΜΕΙΩΝΚΑΙΑΝ
ΤΙΝΟΕΙΩΝΕΝ/////ΓΕΙΚΑΙΑ/////
ΤΙΝΟΕΙΩΝΕΝΜΑΝΤΙΝΕΙ/////
ΚΑΙΑΣΚΛΑΠΙΕΙΩΝΕΝΕΠΙ
ΔΑΥΡΩΚΑΙΑΜΦΙΚΤΥΟΝΑΚΑΙ
ΕΛΛΑΔΑΡΧΑΝΑΜΦΙΚΤΥΟΝΩΙ
ΚΑΙΠΑΝΕΛΛΗΝΑΚΑΙΕΛΛΗΝΟ
ΤΑΜΙΑΝΚΑΙΑΓΟΡΑΝΟΜΗΣΑΝ///
ΚΑΙΣΤΡΑΤΗΓΗΣΑΝΤΑΤΡΙΣΚΑΙΤΑ
ΜΙΕΥΣΑΝΤΑΚΑΙΠΡΕΣΒΕΥΣΑΝ
ΤΑΥΠΕΡΤΕΤΑΣΠΑΤΡΙΔΟΣ
ΚΑΙΤΩΝΕΛΛΑΝΩΝΠΡΟΣΤΕ
ΤΑΝΣΥΝΚΛΗΤΟΝΚΑΙΠΡΟΣΒΑ
ΣΙΛΕΑΣ///ΑΙΤΑΑΛΛΑΚΑΙΛΟΓΟ
ΓΟΙΣΚΑΙΕΡΓΟΙΣΠΟΛΕΙΤΕΥΣ
ΜΕΝΟΝΑΡΙΣΤΑΚΑΙΦΙΛΟΤΕΙ
ΤΑΤΑΑΡΕΤΑΣΕΝΕ

Ἁ πόλις ἁ τῶν Ἀργεί-
ων Τ(ίτον) Στατίλιον Λαμ-
πρίου υἱὸν Τιμοκράτη
Μεμμιανόν, Περσέος καὶ
Διοσκούρων ἀπόγονον,
τὸν ἑλλαδάρχαν καὶ ἀρχι-
ερέα διὰ βίου τῶν Ἑλλάνων,
στραταγήσαντα τῶν Ἀχαι-
ῶν [γ'], ἀγωνοθέταν Ἡραί-
ων καὶ Νεμείων καὶ Σεβα-
στείων καὶ Νεμείων καὶ Ἀν-
τινοείων ἐν Ἄργει καὶ Ἀν-
τινοείων ἐν Μαντινείᾳ
καὶ Ἀσκλαπιείων ἐν Ἐπι-
δαύρῳ, καὶ ἀμφικτύονα καὶ
ἑλλαδάρχαν ἀμφικτυόνων
καὶ Πανέλληνα καὶ ἑλλανο-
ταμίαν καὶ ἀγορανομήσαντα
καὶ στραταγήσαντα τρὶς καὶ τα-
μιεύσαντα καὶ πρεσβεύσαν-
τα ὑπέρ τε τᾶς πατρίδος
καὶ τῶν Ἑλλάνων πρός τε
τὰν σύγκλητον καὶ πρὸς βα-
σιλέας καὶ τὰ ἄλλα καὶ λό(γο)-
γοις καὶ ἔργοις πολιτευσά-
μενον ἄριστα καὶ φιλοτειμό-
τατα, ἀρετᾶς ἕνεκα.

Var. lect. Lapidem manifesto melius servatum viderunt priores, sed pleniores eorum lectiones, cum nusquam dubia sit redintegratio, satis habeo indicare omissis in transscriptione uncis, praeter quod vs. 9 in. ΩΝΤ dat Maff., pro Τ (quod in Γ emendavit Boeckh) lacunam schedae Spanh.; post Ν rasura cernitur antiqua.

Honoratum esse conieci filium T. Statilii Lampriae Memmiani, cui ab Epidauriis positus est n. 1447 (ubi conferas itemque stemma familiae ad n. 934/935 adiectum). Scriptus fuerit titulus regnante Hadriano; Spanhemio quidem iudice adsignandus est aetati Marci Aurelii et Lucii Veri, qui sint βασιλεῖς vs. 23/24 indicati. Sed compluries Romam missus esse potest Timocrates ad imperatores diversos; si designantur certi tum una regnantes, exspectes τοὺς βασιλέας.

Vs. 4 sq. Περσέος καὶ Διοσκούρων: in titulo n. 940 vs. 6 gentis eiusdem maiores dicti sunt Perseus et Phoroneus.

Eorum quae ad titulum nostrum egregie commentatus est Boeckh, maximam partem repetimus. »Mirum, quod Timocrates primum Ἑλλαδάρχας καὶ ἀρχιερεὺς τῶν Ἑλλήνων et rursum Ἑλλαδάρχας Ἀμφικτυόνων, primum στρατηγήσας τῶν Ἀχαιῶν τρίς, mox iterum στρατηγήσας τρίς, et primum Ἑλληνοταμίας, mox ταμιεύσας dicitur. Sed ταμιεύσας vocatur ut quaestor Argivorum, Ἑλληνοταμίας ut Quaestor Panhellenum (quorum sedes Athenis): et nota formas Πανέλλην et Ἑλληνοταμίας retento H, quum tamen Ἕλλανες dictum sit; nempe illa nomina ab Atheniensibus profecta sunt. Porro Ἑλλαδάρχας τῶν Ἑλλάνων ad idem concilium referri videtur ad quod n. 1318 [cf. Marquardt, Ephem. epigr. I 207]. Ἑλλαδάρχας τῶν Ἀμφικτυόνων ad Pythios Amphictyones. Postremo στρατηγήσας τῶν Ἀχαιῶν pertinet ad foedus Achaeorum, alterum autem στρατηγήσας ad praeturam Argivam. Superest, ut paucis moneam de ludorum ratione. Fuit enim Statilius ἀγωνοθέτας Ἡραίων, Νεμείων, Σεβαστείων, Νεμείων, Ἀντινοείων ἐν Ἄργει, Ἀντινοείων ἐν Μαντινείᾳ, Ἀσκλαπιείων ἐν Ἐπιδαύρῳ. Ubi primum notabis ἀγωνοθέταν dici, non ἀγωνοθετήσαντα: unde conicio illos ludos uno quadriennio actos esse, et in hoc quadriennium eum esse agonothetam constitutum, ita ut *etiam tum* omnium horum ludorum non fuisset, sed esset agonotheta. Ex his ludis Asclepiea Epidauria notissima sunt ... Antinoea Mantineae penteterica sunt; de quibus vide Paus. VIII, 9, 4. Eidem Antinoo Argis quoque ludos celebrari hic docet titulus; ceteri etiam quattuor ludi Argivi sunt, Heraeorum, Augustales, Nemeorum utrumque. Heraea s. Hecatombaea sunt ea, ex quibus reportatur ἡ ἐξ Ἄργευς ἀσπίς [cf. ad n. 583] ... Nemea ipsa hoc loco bis posita sunt; intellige priorem et posteriorem penteridis trieteridem, ac cf. Corsin. Diss. agon. III, 16. Et nota haec Nemea Argis esse acta (Paus. II, 24, 2). Igitur tum quinque ludos singulis penteteridibus celebrabant Argivi; Iuliani Imp. aetate supererant quattuor, Nemeaei duplices et duo alii (Iulian. Epist. p. Argiv. coll. Corsin. l. c.), haud dubie Heraeorum et Augustales, abolitis Antinoeis.«

591 Argis in area ante museum magna stela lapidis calcarii; in latere superiore foramina duo. A. 1,18. L. 0,69. cr. 0,38. Versuum singulorum fines satis diverse distant a margine.
Lüders, *Bullettino d. Inst.* 1873, 142. — *Exscripsi.*

```
 I                     Λ ΕΙΩΝ
ΙΝΟΔΥΣΣΗΟΣ        Υ  ΗΚΕΩΝΜ//
ΟΥΛΠΙΟΝΔΙΟΔΩΡΟΥΥΙΟΝΗΛΙΟΔΩ
ΡΟΝΤΟΝΙΔΙΟΝΠΟΛΕΙΤΗΝΝΕΙΚΗΣΑΝ
ΤΑΝΕΜΕΙΑ·Δ·ΟΛΥΜΠΙΑΓ·ΠΥΘΙΑ·ΙΣΘΜΙ
Α·ΞΑΚΤΙΑ·Β·ΝΕΑΝΠΟΛΙΝ·Β·ΤΗΝΕΞΑΡ
ΓΟΥΣΑΣΠΙΔΑ·Γ·ΚΟΙΝΟΝΑΣΙΑΣ·Β·ΟΥΡ//
ΝΙΑ·Δ·ΚΑΙΤΟΥΣΚΑΤΕΠΑΡΧΕΙΑΝΑΓΩ
ΝΑΣΟΣΟΥΣΟΥΔΕΙΣΤΩΝΠΡΟΑΥ
ΤΟΥΚΙΘΑΡΩΔΩΝ·ΥΠΟΦΩΝΑΣΚΟΝ
Μ·ΟΥΛΠΙΟΝΘΕΟΔΩΡΟΝΤΟΝΙ
ΔΙΟΝΑΔΕΛΦΟΝ          vacat

          vacat
```

Ἡ πόλις ἡ τῶν - - - -[λ]λείων
.ν Ὀδ[υ]σσέως(?) ..... φι.κείων Μ(ᾶρκον)
Οὔλπιον Διοδώρου υἱὸν Ἡλιόδω-
ρον, τὸν ἴδιον πολείτην, νεικήσαν-
τα Νέμεια δ', Ὀλύμπια γ', Πύθια, Ἴσθμι-
α [ε'], Ἄκτια β', Νέαν Πόλιν β', τὴν ἐξ Ἄρ-
γους ἀσπίδα γ', κοινὸν Ἀσίας β', Οὐρά-
νια δ' καὶ τοὺς κατ' ἐπαρχείαν ἀγῶ-
νας, ὅσους οὐδεὶς τῶν πρὸ αὐ-
τοῦ κιθαρῳδῶν, ὑπὸ φωνασκὸν
Μ(ᾶρκον) Οὔλπιον Θεόδωρον, τὸν ἴ-
διον ἀδελφόν.

Var. lect. Versus duos primos sic exhibet Lüders:

//////////////ΓΕΙΩΝ
ΗΠΟΛΙΣΗΘ//Σ......ΚΕΩΝΣΜ

quae transscribit Ἡ πόλις ἡ τῶν Ἀρ[γ]είων | ἡ πόλις ἡ Θ.Σ ......κίων 5 M. |; vs. 6 in. A⁼.

Vs. 1. 2 expedire non possum. Apparet tamen M. Ulpium Heliodorum citharistam honorari non ab Argivis, sed Argis ab urbe sua patria: itaque primo loco relatae sunt victoriae Nemeae in feriis Argivis reportatae. — Vs. 6 in. post A servata est litterae Epsilon hasta inferior et linea transversa supra litteram, quae numerum indicat. Post magna certamina Panhellenica memorantur vs. 6 ludi Neapoli habiti, sine dubio Σεβαστά, in quibus citharistas certavisse testis est titulus Olympicus n. 56 (Dittenb.) vs. 54 sq.; tum ἡ ἐξ Ἄργευς ἀσπίς (cf. ad n. 583); κοινὸν Ἀσίας Pergami, denique Οὐράνια Spartae celebrata.

592 »Argis in coemeterio ecclesiae D. Georgii« (ubi nihil reperi). E schedis Fourmonti Boeckh, C. I. G. 1127.

```
. . . . . ΑΣΕΝ - - - -
. . . . . ΙΗΝΙΔΟΣ - -
. . . . . . . . ΠΑΝ - - -
. . . . ΕΝΟ . . . Ο - -
. . ΙΕΡΟ . . . ΑΝ - - -
. .  ΞΑΣΕΝΕΔΕΙ - - -
. .  ΝΕΜΕΙΩΝ - - - -
. . .  ΟΝΑΣ  - - - -
```

Ἁ πόλις ἐτίμ]ασεν [τὸν
δεῖνα Μ]ηνιδος - - -
- - - - παν - - - - -
- γενόμ]ενο[ν - - - -
- - ἱερο[θύτ]αν(?), [ἀγω-
νοθέταν δ]ὶς ἐν Ἐ[λ]ε[υσῖνι,
Ἡραίων(?)], Νεμείων - -
- - - - - - - - -

Tentavi. — Vs. 3 »Πανέλληνος fortasse mentio« (Boeckh). — Vs. 5 conici etiam potest ἱερο[φάν]ταν e n. 606 vs. 3.

593 Argis in museo tabula lapidis calcarii, quae tegebat basim, a. 0,28. l. 0,61. cr. 0,63.

Expédition de Morée II p. 105 n. 10 et Le Bas, *Inscriptions recueillies par la commission de Morée* 3 p. 228 n. 63 ex apographo Quineti. Le Bas-Foucart, *Voyage archéol.* II 114 ex apographo Landroni. Milchhöfer, *Athen. Mitth.* 4, 1879, p. 155 n. 515. I. Baunack, Philologus 48, 1889, p. 395 n. 8 litteris minusculis. (Cophiniotis, Ἱστορία τοῦ Ἄργους I p. 110 n. 516 et p. 322.) — *Exscripsi.*

ΚΛΙ ΔΙΑΝ ΟΛΥΜ ΠΙΑΝ
ΘΞΥΠΟϹΧΕϹΕωϹΤΟΥΡΑΤΡΟϹ
ΚΛΑΥΔΙΟΥΤΥΧΙΚΟΥΤΟΒΑ
ΛΑΝΕΙΟΝΚΑΤΑϹΚΕΥΑϹΙ
ϹΑΝΤ ΗΕΑΥΘΗϹΠΑΤΡΙΔΙ
Ψ ΗΦΙϹΜΑΤΙΒΟΥΧΗϹ

Varia lectio potior. Vs. 1 ΚΛΑΥΔΙΑΝΟΑ (nihil amplius) Quinet et Landron, .ΛΑ.ΔΙ.....ΙΑΝ Milchh., Κλαυδία Κ..α....ίαν Baun.

Κλ[αυ]δίαν Ὀλυ[μπ]ίαν,
(ἐ)ξ ὑποσχέσεως τοῦ πατρὸς
Κλαυδίου Τυχικοῦ τὸ βα-
λανεῖον κατασκευάσα-
σαν τῇ ἑαυ[τ]ῆς πατρίδι,
ψηφίσματι βουλῆς.

Versus primi lectio quamvis difficilis certa tamen mihi videbatur. Vs. 2 in. Θ per errorem pro Є exaratum est. — Promissum patris, cum mortuus erat, solverat filia.

594 Parva basis quadrata, reperta Argis a. 1839 ducentos circa passus a theatro ad orientem versus.

Ross, *Bullettino d. Inst.* 1840, p. 106 = *Archäol. Aufsätze* 2, 666. Le Bas-Foucart, *Voyage archéol.* II 125a.) — Habeo ex Rossii diario.

ΨΗΦΙΣΜΑΤΙΒΟΥ
ΛΗΣΣΠΕΝΔΟΝΤΑΙ
ΖΩΠΥΡΟΥΤΟΝ
ΙΣΑΓΩΓΕΑΑΡΕ
ΤΗΣΕΝΕΚΕΝ

Var. lect. Apographum auctoris ignoti teste Foucarto vs. 2 extr. omittit ι et vs. 5 dat ἕνεκα.

Ψηφίσματι βου-
λῆς Σπένδοντα
Ζωπύρου τὸν
ἰσαγωγέα ἀρε-
τῆς ἕνεκεν.

Urbes complures, in quibus occurrunt εἰσαγωγεῖς, quod munus est civile sive sacerdotale, enumerat Foucart.

595 Argis olim in muro ecclesiae Sancti Nicolai, nunc in museo lapis calcarius, in duas partes fractus, a. 0,82. l. 0,45. cr. 0,18. Ad dextram est margo editus.

Pouqueville, *Voyage de la Grèce* IV 161 (2. *éd.* V 205); hinc et e schedis Fourmonti Boeckh, C. I. G. 1129. Leake, *Travels in the Morea* n. 68. *Expédition de Morée* II p. 95 n. 2 et Le Bas, *Inscriptions recueillies par la commission de Morée* 3, p. 181 n. 55 ex apographo Trézelii. C. Keil, Mus. Rhen. 1859, p. 512 e diario Welckeri. Le Bas-Foucart, *Voyage archéol.* II 125. Cf. I. Baunack, Philologus 48, 1889, p. 395 n. 7. (Prellwitz, *Dialektinschr.* 3291. Cophiniotis, Ἱστορία τοῦ Ἄργους I p. 111 n. 524.) — *Exscripsit Fredrich; contuli* lapidem et Le Basii ectypum.

ΑΒΟΥΛΑΚΑΙ
ΟΔΑΜΟΣΤΩΝ
ΑΡΓΕΙΩΝΤΙΒ
ΚΛΑΥΔΙΟΝΚΑΡ
ΟΝΦΛΑΟΥΙΑ
ΝΟΝΑΡΕΤΑΣ
ΕΝΕΚΑ

vacat

Ἁ βουλὰ καὶ
ὁ δᾶμος τῶν
Ἀργείων Τιβ(έριον)
Κλαύδιον Κᾶρ-
ον Φλαουια-
νὸν ἀρετᾶς
ἕνεκα.

Var. lect. Vs. 4 extr. ΟΝΓ.. Pouq., ΟΝΓΑΙ Welcker, ΟΝΚΑΙ Fourm. Leake Le Bas, ΟΜ.ΑΙ Tréz. ‖ vs. 5 ΦΑΛΕΡΙΑ Le Bas.

Vs. 4. 5 Κᾶρον, quod coniectura quidem est assecutus, Foucart videre poterat in ectypo Le Basii.

596 »Argis super muro quodam«. E schedis Fourmonti Boeckh, C. I. G. 1128. (Prellwitz, *Dialektinschr.* 3294.)

ΣΙΑ.ΑΣΠΟΛΙΟ...
ΩΣΑΕ.Τ.ΚΑΙΦΙΛΟ
ΜΕΓΙΣΤΕΣΠΑΡΑΣΧ
ΩΣΟΥΔΕΙΣΤΩΝΠΡΟΑ
ΟΥΓΕΝΟΜΕΝΟΝΛΕΚΑΙΧΙ
ΑΡΧΟΝΕΝΙΣΠΑΝΙΑΛΕΓΙΩ
ΝΟΣΕΒΔΟΜΑΣΑΦΥΛΑΤ
ΩΝΥΛΛΕΩΝΤΟΝΕΚΠΡΟ
ΓΩΝΩΝΕΥΕΡΓΕΤΑΝΤΟΥ
ΔΑΜΟΥΑΡΙΣΤΑΠΟΛΕΙ
ΤΕΥΟΜΕΝΟΥΝ

. . . .
[πράσσοντα εἰς τὰ βέλτι-
στ[α τ]ᾶς πόλιο[ς εὐνό-
ως αὐ[τ]ᾶ[ι], καὶ φιλο[τιμίας
μεγίστ[α]ς παρασχ]όντα
ὡς οὐδεὶς τῶν πρὸ α[ὐτ-
οῦ, γενόμενον [δ]ὲ καὶ χ[ιλί-
αρχον ἐν Ἱσπανίᾳ λεγεῶ-
νος ἑβδόμας, ἁ φυλὰ τ-
ῶν Ὑλλέων τὸν ἐκ προ-
γ[ό]νων εὐεργέταν τοῦ
δάμου ἄριστα πολι-
τευόμενον.

Initium restitui usque ad αὐ[τ]ᾶ[ι], reliqua Boeckh.

597 »Argis, ad fontem, quem struxit Imperatoris Turcici soror. Titulus hic est, qui Villoisonum iterum Argos vocavit (Prolegg. Hom. p. XLIX): ex cuius schedis manuscriptis a nobis editur« Boeckh, C. I. G. 1122. — Ter edidit Le Bas: ex apographo Trézelii (»*sur une pierre encastrée dans le mur méridional de la fontaine au milieu de la caserne d'Argos*«) *Expédition de Morée* II p. 96 n. 5 et *Inscriptions recueillies par la commission de Morée* 3, p. 189 n. 58; melius *Voyage archéol.* II 120. (Cophiniotis, Ἱστορία τοῦ Ἄργους I 320.) — *Contuli Le Basii ectypum.*

Ο Ν Η Σ Ι Φ Ο Ρ Ο Ν Ο
Ν Η Σ Ι Φ Ο Ρ Ο Υ Α Γ Ω Ν
Θ Ε Τ Η Σ Α Ν Τ Α Η Ρ Α Ι Α Κ Α Ι ı
Μ Ε Ι Α Σ Ε Μ Ν Ω Σ Κ Α Ι Δ Ι Κ Α Ι
Ω Σ Κ Α Ι Μ Ε Γ Α Λ Ο Υ Υ Χ Ω Σ Ε Σ
Τ Ι Α Σ Α Ν Τ Α Τ Ε Π Α Ν Δ Η Μ Ε Ι Π Α Ν
Τ Ε Σ Ε Λ Ε Υ Θ Ε Ρ Ο Υ Σ Κ Α Θ Ε Κ Α
Σ Τ Ο Ν Α Γ Ω Ν Α Ε Π Ι Η Μ Ε Ρ Α Σ
Δ Υ Ω Κ Α Ι Δ Ο Ν Τ Α Ε Π Ι Δ Ι Σ
Τ Ο Ι Σ Μ Ε Ν Π Ο Λ Ε Ι Τ Α Ι Σ Κ Α
Τ Α Ν Δ Ρ Α Δ Η Ν Δ Τ Ο Ι Σ Δ Ε
Λ Ο Ι Π Ο Ι Σ Ε Λ Ε Υ Θ Ε Ρ Ο Ι Σ Α Ν
Δ Η Ν Β Τ Ο Τ Ε Ε Λ Α Ι Ο Ν Θ Ε Ν Τ
Ε Ν Π Α Ν Τ Ι Γ Υ Μ Ν Α Σ Ι Ω
Κ Α Ι Β Α Λ Α Ν Ε Ι Ω Α Δ Ε Ω Σ
Α Π Ο Π Ρ Ω Ι Α Σ Α Χ Ρ Ι Η Λ Ι Ο Υ
Δ Υ Σ Ε Ω Σ Π Α Ν Τ Ι Ε Λ Ε Υ
Θ Ε Ρ Ω Κ Α Ι Δ Ο Υ Λ Ω Ε Κ Τ Ω Ν Ι
Δ Ι Ω Ν Η Φ Υ Λ Η Τ Ω Ν ı ı
Λ

Ὀνησίφορον Ὀ-
νησιφόρου ἀγωνο-
θετήσαντα Ἡραῖα καὶ [Νέ-
μεια σεμνῶς καὶ δικαί-
ως καὶ μεγαλοψύχως ἑσ-
τιάσαντά τε πανδημεὶ πάν-
τ(α)ς ἐλευθέρους καθ' ἕκα-
στον ἀγῶνα ἐπὶ ἡμέρας
δύο καὶ δόντα ἐπὶ δὶς
τοῖς μὲν πολείταις κα-
τ' ἄνδρα δην(άρια) δ', τοῖς δὲ
λοιποῖς ἐλευθέροις ἀν[ὰ
δην(άρια) β', τό τε ἔλαιον θέντ[α
ἐν παντὶ γυμνασίῳ
καὶ βαλανείῳ ἀδεῶς
ἀπὸ πρωίας ἄχρι ἡλίου
δύσεως παντὶ ἐλευ-
θέρῳ καὶ δούλῳ ἐκ τῶν ἰ-
δίων ἡ φυλὴ τῶν Π[αμφυ-
λ]ῶν.

Litterae angustae aetatis valde recentis. — Vs. 19 sub fine Π/, vs. 20 Λ.Ι dat Le Bas. Repraesentavi modo quae ipse vidi in eius ectypo, in quo Foucart quidem vs. 19 insuper vel partem litterae My, vs. 20 ΛΑΝ sibi visus est cernere.

598 Argis in domo Leonidae Zographi, in qua mihi negaverunt adhuc extare titulos, exscripsit Foucart a. 1868.

Foucart in additamentis ad Le Bas, *Voyage archéol.* II 116*b*. (Prellwitz, *Dialektinschr.* 3292. Cophiniotis, Ἱστορία τοῦ Ἄργους I 321.)

Α Φ Υ Λ Α Τ Ω Ν Π Α Μ
Φ Υ Λ Α Ν Κ Λ Α Ι Ν Ε
Τ Α Ν Ι Ε Ρ Ω Ν Υ Μ Ο Υ
Δ Ι Α Τ Α Σ Ε Κ Π Ρ Ο Γ Ο
Ν Ω Ν Ε Ι Σ Α Υ Τ Α Ν
Ε Υ Ε Ρ Γ Ε Σ Ι Α Σ Α
Ρ Ε Τ Α Σ Ε Ν Ε Κ Α

Ἁ φυλὰ τῶν Παμ-
φυλῶν Κλαινί-
ταν Ἱερωνύμου
διὰ τὰς ἐκ προγό-
νων εἰς αὐτὰν
εὐεργεσίας, ἀ-
ρετᾶς ἕνεκα.

599 »Argis in ecclesia S. Paraskeues.«

E schedis Fourmonti Boeckh, C. I. G. 1132. (Cophiniotis, Ἱστορία τοῦ Ἄργους I 320.)

Σ Ε Ξ Τ Ο Ν Π Ο Ш Π Η Ι Ο Ν Σ Ε Ξ Τ . .
Υ Ι Ο Ν Ш Α Ρ Κ Ι Α Ν Ο Ν Α Ρ Ι Σ Τ Ο Κ . .
Τ Ε Ο Σ Γ Ε Ι Ο Ν Ο Ν Ι Ο Ι Ε Κ Π Ρ Ο Γ Ο
Ν Ω Ν Ρ Υ Ο . Π Λ Κ Υ Λ Α Ρ Α Ι . . Π . . .

Σέξτον Πομπ[ή]ιον Σέξτ[ου
υἱὸν Μαρκιανόν, Ἀριστοκ[ρά-
τεος [ἔγγ]ονον, [τ]ὸ[ν] ἐκ προγό-
νων [ε]ὐ[εργέταν], ἁ [φ]υλὰ [τῶν] Π[αμφυλῶν.

Refinxit Boeckh. Cf. n. 600.

600 Argis »prope D. Petri« se vidisse refert Fourmont (Boeckh, C. I. G. 1131), in ruinis ecclesiae vocatae Μητρόπολις Welcker, e cuius diario habeo (cf. C. Keil, Mus. Rhen. 14, 1859, p. 510). Le Bas, *Voyage archéol.* II 126. (Prellwitz, *Dialektinschr.* 3295. Cophiniotis, Ἱστορία τοῦ Ἄργους I 320.)

Σ Ε Ξ Τ Ο Ν Π Ο Μ Π Η Ι Ο Ν Σ Ε Ξ Τ Ο Υ
Υ Ι Ο Ν Μ Α Ρ Κ Ι Α Ν Ο Ν Α Ρ Ι Σ Τ Ο Κ Ρ Α Τ Ε Ο Σ
Ε Γ Γ Ο Ν Ο Ν Τ Ο Ν Ε Κ Π Ρ Ο Γ Ο Ν Ω Ν Ε Υ
Ε Ρ Γ Ε Τ Α Ν Τ Α Σ Π Ο Λ Ι Ο Σ Α Φ Υ Λ Α Τ Ω [Ν
Ι Ν] Α Θ Ι Ω [Ν

Σέξτον Πομπήιον Σέξτου
υἱὸν Μαρκιανόν, Ἀριστοκράτεος
ἔγγονον, τὸν ἐκ προγόνων εὐ-
εργέταν τᾶς πόλιος, ἁ φυλὰ τῶν
Ὑρ]ναθίων.

Exemplo Le Basii (cuius ectypum vidi) uncis inclusa inserui, quae pleniora praebet Fourm.; in fine versus tertii de N in ectypo cernitur linea prima I. — Vs. 2 extr. ΤΕΟΥ Welcker.

Idem vir ab alia phyla honoratur n. 599.

601 »Argis in domo Iosephi«.

E schedis Fourmonti Boeckh, C. I. G. 1130. (Prellwitz, *Dialektinschr.* 3296. Cophiniotis, Ἱστορία τοῦ Ἄργους I 320.) Pouqueville, *Voyage de la Grèce* 2. éd. vol. 5 p. 205.

Α Φ Υ Λ Α Τ Ω Ν Υ Ρ
Ν Α Θ Ι Ω Ν Ш Π Ο Ш
Π Η Ι Ω Ν . Χ Κ Ρ Ε Ι
Ν Ο Ν Τ Ο Ν Ε Κ Π Ρ Ο
Γ Ω Ν Ω Ν Ε Υ Ε Ρ Γ Ε
Τ Α Ν

Ἁ φυλὰ τῶν Ὑρ-
ναθίων Μ(ᾶρκον) Πομ-
πή[ι]ο[ν] Χ[α]ρεῖ-
νον, τὸν ἐκ προ-
γ[ό]νων εὐεργέ-
ταν.

Repraesentavi exemplum Fourmonti, quod praestat alteri. Emendavit Boeckh.

602 Argis olim in area domus cuiusdam (Ross), tum in ruinis ecclesiae Sancti Petri (Bursian et Baumeister), nunc in area ante museum lapis calcarius, a. 0,86. l. 0,53. cr. 0,40.

Ross, *Intelligenzblatt zur allgem. Litteraturzeitung* 1844, p. 654 (est in diario anni 1844). Bursian, *Bullettino d. Inst.* 1854 p. 34. Baumeister, Philologus 9, 1854, p. 181. Le Bas-Foucart, *Voyage archéol.* II 121. Cophiniotis, Ἱστορία τοῦ Ἄργους I p. 111 n. 521 et p. 331. Cf. C. Keil, *Jahrbücher für Philologie* Suppl. II 369. — *Contulit Fredrich.*

ΙΒ·ΚΛΑΥΔΙΟΝ ΦΛΑΒΙΟΥΤΕΡΤΙΟΥΥΙΟ//
ΙΕΡΤΙΟΝΦΛΑΒΙΑΝΟΝΑΡΞΑΝΤΑΦΙΛΟΤΕΙ
ΜΩΣΚΑΙΘΕΝΤΑΕΛΑΙΟΝΠΡΩΤΟΝΕΝΤΑΙ//
ΘΕΑΙΣΤΟΥΚΥΡΙΟΥ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟ
ΡΟΣΝΕΡΒΑΤΡΑΙΑ ΝΟΥΚΑΙΣΑΡΟΣ
ΑΡΙΣΤΟΥΣΕΒΑΣΤΟΥΓΕΡΜΑΝΙΚΟΥ
ΔΑΚΙΚΟΥ·ΠΑΡΘΙΚΟΥΚΑΙΑΓΩΝΟΘΕ
ΤΗΣΑΝΤΑΣΕΒΑΣΤΕΙΩΝΚΑΙΝΕΜΕΙ
ΩΝΔΙΚΑΙΩΣΚΑΙΜΕΓΑΛΟΨΥΧΩΣ
ΕΝΤΕΔΙΑΝΟΜΑΙΣΚΑΙΔΗΜΟΘΟΙΝΙ
ΑΙΣ·ΚΑΙΘΕΝΤΑΣ//////ΙΟΝΚΑΤΑΠΑΝΓΥ
ΜΝΑΣΙΟΝΚΑΙΒΑ///ΑΝΕΙΟΝΠΑΝ
ΑΝΕΠΙΚΩΛΥΤΩΣΑΠΟΑΝΑΤΟΛΗΣ
ΗΛΙΟΥΜΕΧΡΙΔ ΥΣΕΟΣΚΑΙΘΥΣΑΝ
ΤΑΤΩΔΙΙΤΩ ΝΕΜΕΙΩΕΚΑΤΟΜ
ΒΗΝΗΦΥΛ ΗΤΩΝΥΡΝΑΘΙΩΝ
ΤΟΝΙΔΙΟΝΠΡΟΣΤΑΤΗΝ

Τι[β(έριον)] Κλαύδιον Φλαβίου Τερτίου υἱὸ[ν
Τ]έρτιον Φλαβιανόν, ἄρξαντα φιλοτεί-
μως καὶ θέντα ἔλαιον πρῶτον ἐν ταῖ[ς
θέαις τοῦ κυρίου αὐτοκράτο-
ρος Νέρβα Τραϊανοῦ Καίσαρος
ἀρίστου Σεβαστοῦ Γερμανικο[ῦ
Δακικοῦ Παρθικοῦ καὶ ἀγωνοθε-
τήσαντα Σεβαστείων καὶ Νεμεί-
ων δικαίως καὶ μεγαλοψύχως,
ἔν τε διανομαῖς καὶ δημοθοινί-
αις καὶ θέντα ἔ[λαι]ον κατὰ πᾶν γυ-
μνάσιον καὶ βα[λ]ανεῖον πᾶν
ἀνεπικωλύτως ἀπὸ ἀνατολῆς
ἡλίου μέχρι δύσεος καὶ θύσαν-
τα τῷ Διὶ τῷ Νεμείῳ ἑκατόμ-
βην, ἡ φυλὴ τῶν Ὑρναθίων
τὸν ἴδιον προστάτην.

In versibus 4. 5. 14. 15. 16 vacua spatia relicta sunt in lapide, quia iam vitiosus erat, cum inscribebatur.

---

603 »Argis in domo Iosephi, in fragmine columnae«. E schedis Fourmonti Boeckh, C. I. G. 1138.

ΟΥ
ΣΘΕΝΟΥΣ
ΕΚΠΡΟΓ.
ΝΩΝΠΡΟΣΤΑΤΑΝΚΑΙΕΕΤΤΕ

\- - - - - -
. . . σθένεος,
τὸν] ἐκ προγ[ό-
νων προστάταν καὶ εὐ[ε]ρ[γ]έ[ταν.

Refinxit Boeckh. Honoratus fuerit phylae προστάτας; cf. n. 602, vs. 16 sq.

---

604 »In muro ecclesiae D. Basilii« Fourmont, e cuius schedis Boeckh, C. I. G. 1137. Le Bas-Foucart, *Voyage archéol.* II 124. (*Expédition de Morée* II p. 200. Henzen-Orelli n. 5295. Mommsen, C. I. L. I 596. III 532; cf. n. 7265. Wilmanns, Exempla inscr. Lat. 1103. Dessau, Inscr. Lat. selectae I 868.) Cf. Cavedoni, *Monatsberichte der Berl. Akad.* 1846, p. 271 et *Bullettino d. Inst.* 1846, p. 185.

Q·MAARCIVM·Q
ITALICEI·QVEI·NEGOTIAI
ΚΟΙΝΤΟΝΜΑΑΡΚΙΟ
ΤΟΥΥΙΟΝΡΗΓΑΙΤΑΛ

Q. Maarcium Q. [f. Regem
Italicei quei negotia[ntur Argeis.
Κόιντον Μαάρκιο[ν Κοΐν-
του υἱὸν Ῥῆγα Ἰταλ[οὶ οἱ
[ἐν Ἄργει πραγματευόμενοι].

Restituit Le Bas (in Expeditione Mor.). Titulum esse Qu. Marcii Regis consulis a. u. 686 monstravit Mommsen: honoratum eum esse ab Argivis anno sequente (67 a. Chr. n.), cum proconsul Ciliciae in provinciam suam sit profectus.

---

605 Erat Argis in ruinis turris prope ecclesiam metropolitanam.

Leake, *Travels in the Morea* III n. 66. (C. Keil, Analecta epigr. et onomat. 80. Foucart in supplementis ad Le Bas, *Voyage archéol.* II 124 a.)

ΠΡΑΓΜΑΤΕΥ
ΑΡΓΕΙ
ΛΕΞΙΜΑΧΟΥ
ΗΣΑΝΤΑ

Ἰταλοὶ κ. Ῥωμαῖοι οἱ] πραγματευ-
όμενοι ἐν] Ἄργει
\- - - - - Ἀ]λεξιμάχου
ἀγορανομ]ήσαντα.

Vs. 1—3 supplevit Keil, vs. 4 Foucart.

606 Argis in area ante museum lapis calcarius, a. 0,71. l. 0,40. cr. 0,28. Antea erat in ecclesia Turcica, ubi in diario anni 1833 prima verba descripsit Ross.

«Ex collectaneis Ez. Spanhemii in bibliotheca regia Berolinensi asservatis» Boeckh, C. I. G. 1123. (Prellwitz, *Dialektinschr.* 3293. Cophiniotis, Ἱστορία τοῦ Ἄργους I 319.) — *Exscripsit Fredrich*; contuli.

```
ΤΙΒ·Κ]ΛΑΥΔΙΟΝΔΙΟΔΟΤΟΥ
ΥΙΟ]ΝΔΙΟΔΟΤΟΝΑΓΟΡΑΝΟΜΗϹΑΝΤΑ
Κ]ΑΙΓΡΑΜΜΑΤΕΥϹΑΝΤΑΚΑΙΙΕΡΟΦΑΝΤΗ//
Σ]ΑΝΤΑΚΑΙΑΓωΝΟΘΕΤΗϹΑΝΤΑϹΕΒΑ
ϹΤΕΙΑΚΑΙΝΕΜΕΙΑΔΙΚΑΙωϹΚΑΙΜΕΓ[ΑΛΟ
ΨΥΧωϹωϹΥΠΕΡΒΑΛΕΙΝΤΟΥϹΠΡΟΑ]ΥΤΟΥ
ΠΑΝΤΑϹΚΑΙΜΟΝΟΝΚΑΙΠΡωΤΟ[Ν
ΘΕΝΤΑΕΛΑΙΟΝΕΝΤΕΓΥΜΝΑϹΙΟΙϹΚΑ[Ι
ΒΑΛΑΝΕΙΟΙϹΔΟΥΛΟΙϹΤΕΚΑΙΕΛΕΥΘΕ
ΡΟΙϹΑΠΑΝΑΤΟΛΑϹΑΛΙΟΥΑΧΡΙΔΥϹΕ[ω]Ϲ
ΘΥϹΑΝΤΑΤΕΚΑΙΤωΔΙΙΤωΝΕΜΕΙωΕ[ΚΑ
ΤΟΝΒΑΝΠΡωΤΟΝΚΑΙΜΟΝΟΝΡωΜ
ΟΙΟΙΕΝΑΡΓΕΙΚΑΤΟΙ//ΟΥΝΤ////ΟΝΕ
ΡΟΓ//ωΝΕΥΕΡΓΕΤΑΝΚΑΙΕΚΠΑΠ[ΠωΝΑ
ΓωΝΟΘΕΤΑΝωΚΑΙΕΨΑΦΙϹΑΝΤΟ[ΤΑϹΠΕΡ
ϹΕΟϹΚΑΙΗΡΑΚΛΕΟϹΤΕΙΜ[Α]ϹΚΑΙΧΡ[ΥϹΟΦΟ
ΡΙΑΝΜΕΤΑΠΟΡΦΥΡΑϹΔΙΑΒΙΟΥ
```

vacat

Τιβ(έριον) Κλαύδιον Διοδότου
υἱὸν Διόδοτον, ἀγορανομήσαντα
καὶ γραμματεύσαντα, καὶ ἱεροφαντή-
σαντα καὶ ἀγωνοθετήσαντα Σεβά-
στεια καὶ Νέμεια δικαίως καὶ μεγαλο-
ψύχως, ὡς ὑπερβαλεῖν τοὺς πρὸ αὐτοῦ
πάντας, καὶ μόνον καὶ πρῶτον
θέντα ἔλαιον ἔν τε γυμνασίοις καὶ
βαλανείοις δούλοις καὶ ἐλευθέ-
ροις ἀπ' ἀνατολᾶς ἁλίου ἄχρι δύσεως
θύσαντά τε καὶ τῷ Διὶ τῷ Νεμείῳ ἑκα-
τόνβαν πρῶτον καὶ μόνον, Ῥωμ[αῖ]-
οι οἱ ἐν Ἄργει κατο[ι]κοῦντ[ες τ]ὸν ἐ[πιτ]-
ρόπων εὐεργέταν καὶ ἐκ πάππων ἀ-
γωνοθέταν, ᾧ καὶ ἐψαφίσαντο τὰς Περ-
σέος καὶ Ἡρακλέος τειμὰς καὶ χρυσοφο-
ρίαν μετὰ πορφύρας διὰ βίου.

Titulum quamvis et interpolationibus et omissionibus foedatum maleque divisum exhibeant Spanhemii schedae, nonnulla nunc deleta recte e lapide tum pleniore descripta erant, quae supra dedi uncis distincta.

Vs. 13. 14 non video, quid aliud suppleri possit atque τ]ὸν ἐ[πιτ]ρόπων εὐεργ., pro quibus schedae Spanhemii dant τὸν ἐκ προγόνων εὐεργ., verbis quae praecunt vel foedius interpolatis. ἐπίτροποι, i. e. procuratores, hic designarit *correctores* in provinciam Achaiam praeter proconsules delegatos; vide Mommsen, *Röm. Geschichte* 5, 256 sq.

607 «Prope ecclesiam S. Paraskeues.»

E schedis Fourmonti Boeckh, C. I. G. 1136. (Prellwitz, *Dialektinschr.* 3298. Cophiniotis, Ἱστορία τοῦ Ἄργους I 129.)

ΟΙΛΕΕΙΤΑΙ
Λ·ΚΟΡΝΗΛΙΟΝΙΝΓΕΝΟΥ

Οἱ Λειῖται
Λ(ούκιον) Κορνήλιον Ἰνγένου[ον].

Supplevit Boeckh. — Λειῖται videtur derivatum esse a λεῖος, ut forma principalis fuerit λειΐτης (evanescente scilicet diphthongi Iota ante Iota suffixi), quod ex itacismo mutatum est in λειΐτης. Habemus igitur praeter collegia Argiva occurrentia n. 530. 581. 608 aliud: «levigantium»; levigaverint quidem ligna s. lapides.

608 «Argis in muro ecclesiae S. Paraskeues.»

E schedis Fourmonti Boeckh, C. I. G. 1135. (Prellwitz, *Dialektinschr.* 3298. Cophiniotis, Ἱστορία τοῦ Ἄργους I 128.)

ΟΙΔΕΦΙΔΑΣΤΑΙ
ΔΑΜΟΣΤΑΤΟΝ
ΣΩΣΟΥΑΡΕΤΑΣ
ΕΝΕΚΑΚΑΙΕΥΝΟΙΑΣ
ΤΑΣΕΙΣΑΥΤΟΝ

Οἱ Δεφιδασταὶ
Δαμόστ[ρ]ατο[ν]
Σώσου ἀρετᾶς
ἕνεκα καὶ εὐνοίας
τᾶς εἰς αὐτό[ν].

Restituit Boeckh, adnotans ad Δεφιδασταί: «nescio qui sint; nec fortasse incorruptum nomen». Videntur *fullones*; de collegiis Argivis similibus cf. quae adnotavimus ad n. 607.

609 «Argis in domo quadam» e Fourmonti schedis Boeckh, C. I. G. 1125.

```
Ι...Κ.ΛΟΙΙ.ΑΙΡΟΝΤΟΝ
ΙΔ..ΟΝΘΡΕΨΑΝΤΑ
ΠΟΝΠΗΙΟΣΚΛΕΟΣΘΕ
ΝΗΣΑΝΕΣΤΗΣ.Ν.
ΑΓΟΡΑΝΟΜΗΣΑΝΤΑ
ΦΙΛΟΤΕΙΜΟΣΚΑΙΕΝ
ΞΩΣΚΑΙΕΙΤΩΝΩΣΑΝ
ΤΑΚΑΙΓΡΟΦΕΙΣΑΝΤΑ
ΚΑΙΑΛΛΑΣΥΠΗΡΕΣΙΑΣ
ΚΑΙΦΙΛΟΤΕΙΜΙΑΣΜΕ
ΓΑΛΑΣΥΠΟΣΤΑΝΤΑ
ΤΗΠΟΛΕΙΚΑΙΚΛΗΘΕΝ
ΤΑΕΠΙΠΑΣΑΝΑΡΧΗΝ
ΚΑΙΕΠΙΤΗΤΕΛΕΥΤΗ
ΕΙΜΙ.ΕΝΤΑΤΑΙΣ
ΜΕΓΙΣΤΑΙΣΤΕΙΜΑΙΣ
Ψ          Β
```

- - - - - αιρον, τὸν
ἀδ[ε]λφὸν θρέψαντα,
Πονπήιος Κλεοσθέ-
νης ἀνέστη[σ]ε[ν],
ἀγορανομήσαντα
φιλοτειμ[ω]ς καὶ ε[ὐδό]-
ξως καὶ [σ]ιτων[ή]σαν-
τα καὶ γροφι[ύ]σαντα
καὶ ἄλλας ὑπηρεσίας
καὶ φιλοτειμίας με-
γάλας ὑποστάντα
τῇ πόλει καὶ κληθέν-
τα ἐπὶ πᾶσαν ἀρχὴν
καὶ ἐπὶ τῇ τελευτῇ
[τ]ειμ[η]θ[έ]ντα ταῖς
μεγίσταις τειμαῖς.
Ψ(ηφίσματι) β(ουλῆς).

Refinxit Boeckh, ad vs. 8 adnotans: «γροφιύσαντα est γραφεύσαντα, γραμματεύσαντα». — Nota honoratum esse mortuum.

610 •Argis in muro horti.• E schedis Fourmonti Boeckh, C. I. G. 1139.

Ψ̄ B̄
T̄. CTATEIΛI
ONMAPKIC
CONAIΛIA
NON
ΣTATEIΛIA
NOKΛEIA

Ψ(αφίσματι) β(ουλᾶς).
Τ(ίτον) Στατείλι-
ον Μαρκίο[υ
υ]ἱὸν Αἰλια-
νὸν
Στατειλία
Φι]λόκλεια(?).

Refinxit Boeckh.

611 Lapis fractus ad dextram, a Foucarto a. 1868 exscriptus Argis in domo Leonidae Zographi (cf. lemma n. 598).

Foucart, *Bulletin de l'école Française d'Athènes* 1, 1868, p. 4 n. 4 et in supplementis ad Le Bas, *Voyage archéol.* II 112*a*. (G. Hirschfeld, Tituli statuar. add. n. 3. Löwy, *Inschriften griech. Bildhauer* n. 239. Prellwitz, *Dialektinschr.* 3300. Cophiniotis, Ἱστορία τοῦ Ἄργους I 280.)

. . ΣΙΜΑΧΑΠΟΛ
. . ΓΕΙΑΑΡΙΣΤΙΩΙ
ΑΡΓΕΙΟΝΤΟΝΑΝΔ
ΠΟΛΕΜΙΣΤΗΡΙΩΙΗΡΑ
ΤΡΙΣΣΩΤΗΡΙΑΤΡΙΣ

ΔΙΟΔΩΡΟΣΕΡΜΑΤΤΙΟΥΑΘΗΝΑΙΟ

Πατ- s. Λυ]σιμάχα Πολ[υ.........
Ἀρ]γεία Ἀριστίω[νος τοῦ δεῖνος
Ἀργεῖον, τὸν ἄνδ[ρα, ἅρματι
πολεμιστηρίωι Ἡραῖ[α .....
τρίς, Σωτήρια τρὶς [νικάσαντα.

Διόδωρος Ἑρματτίου Ἀθηναῖο[ς ἐποίησε.

A Πολυ- (vs. 1) incipiebat nomen patris. — Foucart, quem sequuntur reliqui, νικάσαντα in fine versus tertii collocat omisso ἅρματι, quod tamen deesse vix potest. De ἅρματι πολεμιστηρίωι cf. Boeckh, *Kleine Schriften* 6, 400. Soteria sunt Delphica, instituta anno 279 a. Chr. n. (Fouc.). Idem fortasse sculptor Διόδωρος Ἀθηναῖος in titulo Arcadico, *Athen. Mitth.* 3, 178.

612 Argis in ecclesiae Sancti Constantini (olim moschese) muro ad orientem spectante, supra fractum. A. 0,66. l. 0,51.

Ross, Inscr. Graec. ined. I n. 57. (C. Keil, Analecta epigr. et onomat. 79. Rangabé, *Antiquités Helléniques* II 1230. Foucart in additamentis ad Le Bas, *Voyage archéol.* II 112*b*. Prellwitz, *Dialektinschr.* 3299.) — *Contuli.*

ΚΑΛΛΙΚΡΑΤΟ ////// ΑΡΓΕΙΑΤΟΝΕΑ
ΤΑΣΣΥΜΒΙΟΝΥΠΕΡΤΑΝΠΟΛΙΝ
ΑΡΕΤΑΣΕΝΕΚΑ

Varia lectio Rossii. Vs. 2 extr. plenius ΕΑΥ || vs. 3 ΒΙΟΝΩ'ΕΡ.

[Τὸν δεῖνα τοῦ δεῖνος ἡ δεῖνα
Καλλικράτο[υς] Ἀργεία τὸν ἑαυ-
τᾶς σύμβιον ὑπὲρ τὰν πόλιν
ἀρετᾶς ἕνεκα.

In versu tertio coniecerat Foucart, quod est in lapide; cf. ad n. 589 vs. 13.

613 Argis in museo basis lapidis calcarii; margo superior, qui sicut inferior cymatio instructus erat, est laesus. A. 0,66. l. 0,58. cr. 0,47. In latere summo excavatio rotunda. Erasa est inscriptio alia, ad quam pertinebat titulus artificis item erasus.

Milchhöfer, *Athen. Mitth.* 4, 1879, p. 155 n. 514. I. Baunack, Philologus 48, 1889, p. 394 n. 4. (Cophiniotis, Ἱστορία τοῦ Ἄργους I p. 110 n. 517.) — *Exscripsit Fredrich; contuli.*

ΦΙΛΟΥΣΑΝΕΥΚΡΑ
ΤΟΥΣ ⁀ ΡΟΥΦΟΣ
ͻ ΑΝΗΡ ͻ ΑΝΕΣΤΗΣΕ

vacat

Φιλοῦσαν Εὐκρά-
τους Ῥοῦφος
ἀνὴρ ἀνέστησε.

Quod vs. 3 est ante ἀνήρ vix sumi potest pro O (ὁ); aut fuerit interpunctio (sicut est post vocem) aut fortuitum.

4. CATALOGI.

614 Argis in fundamentis turris (secundum Fourmontum occidentalis, sec. Gellium meridionalis, sec. Rossium orientalis) Larissae.

Gell, *Itinerary of Greece, Argolis* tab. VII; p. 68. Dodwell, *Classical tour* 2, 221. (Rose, Inscr. Graec. vet. tab. X; p. 79.) Boeckh, C. I. G. 2 usus exemplo Fourmonti. (Franz, Elementa epigr. Graec. p. 59 n. 22.) Rossii exemplum e diario a. 1833 edidit Röhl, Inscr. antiq. 30 et Imagines inscr. p. 66 n. 2. (Cauer, Delectus[2] n. 48. Prellwitz, *Dialektinschr.* 3260. Cophiniotis, Ἱστορία τοῦ Ἄργους I 45.) — Itero exemplum Rossii.

ΙΕΜΜ . . . ΑΙ . . V
ΟΤΡΑΜΜ
Ο·ΛΜΟΜ
ΚΑΙΜ⊗ΕΝΕΛΑΜΒΟΧΕΔΑ
ΚΑΙΙΓΟΜΕΔΟΝ
ΚΑΙΧΑΡΟΝΒΟΑΡΧΕΜΙΛΑ
ΚΑΙΑΔΡΑΜΤΟΜ
ΚΑΙΒΟΡΘΑΜΟΡΑΜ
ΚΑΙΚΙΒΤΟΜΒΟΜΙΝΤΟΝΟ
ΚΑΙΑΡΙΜΤΟΜΑΧΟΜ
ΚΑΙΙΧΟΜΒΑΜ

Var. lect. Vs. 1 nil nisi ΜΙΝ Gell, ΙΕΜΝ Fourm. Dodw. Tum post lacunam ΝΙΙΟΡ.Ο. Dodw. || vs. 2 pro Ρ habet ↑ Gell. In fine Α addunt Gell Dodw. || vs. 3 in. ΠΟΤ Fourm. Tum ΜΟΝ Gell, ΜΟΜ Dodw. (•ut fere Fourm.•) || vs. 4 litteras post ΑΜ omittit Fourm., ΒΥ ΓΑΜΙΟ Gell, ΒΟΥΝΑΜΙΙ Dodw. Puncta, quae utrimque iuxta Χ sunt in Rossii diario, atramento postea sunt addita, ut vix aliquid iis sit tribuendum || vs. 6 pro Χ dant Λ Fourm. Dodw., ⌒ Gell. Tum ΟΝ cum Rossio Gell, ΟΜ Fourm., ΟΜ Dodw. || vs. 8 pro Β reliquorum Ρ Gell, tum pro Ν, quod cum Rossio praebet Dodw. (Ν Fourm.), Ν Gell || vs. 9 pro ΚΙ (sic etiam Gell) ΚΓ Fourm., ΚΡ Dodw. Tum ΒΟΜ cum Rossio Fourm. Dodw., Μ Gell || vs. 10 pro ΙΑΡΙΜ, cum quo fere consentit Gellii ΙΑΓΚΜ, habent ΙΔΕΜ Fourm. Dodw. || vs. 11 ΚΑΝΝ:ΙΟΜΡΑΜ Gell, ΚΑΙΝ ΟΜ ΡΑΜ Dodw. itemque fere Fourm.

- - - - - - -
- - - - Β(?)]ότρυς Μα- vel Σα-
Πε[τ]ραῖος
καὶ Σθενίλας ὁ Ὑπατίου
καὶ Ἱπ(π)ομέδων

καὶ Θάρων ὁ Ἀρχεσίλα
καὶ Ἄδραστος
καὶ Βερθαγόρας
καὶ Κ[λ]εῖτος ὁ Σίντωνος
καὶ Ἀριστόμαχος
καὶ Ναυ[ί]δας.

Ad aestimandas lectiones praemitto Boeckhii haecce: »non dubito Dodwellum Fourmonti usum esse apographo, qui et in eadem pagina et alibi Fourmontianas se chartas inspexisse prodat«.

Vs. 1 conieceris Δ[αμο[φόνιος; de ϝ conferas titulum antiquissimum Amorginum cum Lambda Argivo *Bull. de corr. Hell.* 6, 1882, p. 187, de Ny geminato Robert-Preller, *Griech. Mythologie* 664 adn. 1. — Tum δαμ]ιοργ[γ]ός Röhl, quod foret δαμιοϝεργός. — Vs. 2 -ου [γ]ραμμα[τεύς Röhl, sed testes omnes consentiunt in T, quod a Gamma Λ valde distat. — Vs. 4 in fine manifesto pleniorem quam Ross lapidem viderunt Gell et Dodwell, quorum lectiones cum inter se concinant, recte videtur Boeckh transscripsisse Ὑπατίου (ὁ Μνασι- Röhl). — Vs. 6 Θάρων recte Boeckh (Röhl Χάρων), nam Θ efficiunt lectiones coniunctae Gellii et Rossii neque ab eo abhorret reliquorum Λ. Tum Ἀρ[κ]εσίλα Boeckh. — Vs. 8 formam litterae Beta in lapide fuisse ⵎ suspicati sunt et Robert et Wheeler, cum ediderunt titulos n. 554 et 514. — Vs. 9 lectio est Boeckhii, qui adnotat: »*Minton* an *Sinton*: hoc praetuli, utpote quod a verbo σίνεσθαι possit derivari, unde σίντης et σίντωρ, quum prioris vocis Graecum etymon nullum videam«. Paulo confidentius Prellwitz: »*auf dem Stein steht* Μίντωνος«. — Vs. 11 sequor Roehlium (Ναύδας Boeckh).

615 »Argis in templo D. Basilii« (ubi nihil reperi).

E schedis Fourmonti Boeckh, C. I. G. 14. (Röhl, Inscr. antiq. 35 et Imagines inscr. p. 66 n. 5. Roberts, *Introduction to Greek epigraphy* 76 a. Prellwitz, *Dialektinschr.* 3265.) Cf. Fick, *Göttinger gel. Anz.* 1883, p. 117.

Λ . . . . ΛΥΡΙΑΙ
. . . . ΕΘΝΠΕΔΑϜΘϜΘΘΙ
. . Α . . . ΡΟϟΠΕΡΙΚΗΕ . .
. . ΙΚΡΑΤΕϟΔΑΜΟΤ·ΚΕ·
. ΑΘΟΝ
. . ΥΤΟΝ

\- - - - - - - - - - - -
. . . . ίων πεδάϝο[ικ]οι
. . α[νδ]ρος Περικλέ[ος (s. -κλε[ίτου)
. . κράτης Δαμοτ[έλ]ε[ος
Λ]ά[θ]ων
Κλύ]των.

Vs. 2 »-ίων exitus nominis proprii est, ut Κλέων. Deinde sequitur ... πεδάϝοικοι [-ϝοι recte Röhl], hoc est μέτοικοι« Boeckh, qui idem restituit vs. 3. — Vs. 4 genetivum restituit Röhl, idem versum sextum; versus quinti nomen ego, pro quo Β]άθων Röhl, Σ]άθων Fick. Sed Theta foret ⊗; manifesto eundem commisit Fourm. parvum errorem atque in versu altero.

616 Tabula lapidis calcarii in museo Argivo, infra fracta. A. 0,41. L. 0,47. cr. 0,09.

Vidit Fourmont »Argis in ecclesia Beatae Virginis«, qui exscripsit versus tantum quattuor priores eosque lacunosos (unde Boeckh, C. I. G. 1145). Ex apographo Quineti »*sur le toit d'une église d'Argos*« Le Bas, *Expédition de Morée* 2, 101 et *Inscriptions recueillies par la commission de Morée* 3, 1837, p. 268 n. 61 (inde Rangabé, *Antiquités Helléniques* 2, 959). Göttling, *Gesammelte Abhandlungen* 1, 42, qui se vidisse refert prope puteum non longe a foro distantem. Apographum prioribus multo melius reperi in diario Rossii. — *Exscripsi* et contuli ectypum; edidi et commentario instruxi *Sitzungsber. der Berl. Akad.* 1898, p. 635. (Exemplum meum iteravit et titulum tractavit R. Weil, *Zeitschrift für Numismatik* 22, 13.)

ΝΤΟΥΑΓΩΝΟΣΚΑΤΑΔΙΚΑΙΛΕΟΝ
ΥΘΙΑΡΟΥΧΧΑΛΕΙΟΣΧΡΘΑΝΑΙ
ΛΕ Ν ΛΙΑΑΣ *vac.* ΚΑΤΑΔΙΚΑΙΚΑ
Τ[Ο]Κ[Ο]ΙΝΟΝΤΩΝΑΡΚΑΔΩΝΙΑΘ *vac.*
ΩΝΑΙΑΓΝΙΚΑΙΛΑΣ *vac.* ΑΓΟΛ
ΝΙΑΘΤΙΧΧΡΑΡΧΙΤΕΛΗΣ
Ω Ν]ΑΡΚΑΔΩΝΙΑΘΤΙΧΧΡΑΝΔΡΟΘ
Ο]ΚΟΙΝ[ΟΝ]ΤΩΙ ΑΡΚΑΔΩΝΙΑΘ ΤΙΜΑ
Λ[Ε]ΟΝΑΙΤΟΚΟΙΝΟΝΤΩΝΑΡΚΑΔΩΙ
ΑΝΑΜΩΝΚΛΕΩΝΑΙΑΓ ΟΙΚΙΣ *vac.*
Τ]ΙΜΦΑΛΙΩΝΙΑΘΤΙΧΘΘΘΘΧΡΘΕΡΣ
Α . .]ΤΟΚΟΙΝΟΝΤΩΝΑΡΚΑΔΩΝΙΑΘ
ΡΕ]ΣΤΑΔΑΣΚΛΕΩΝΑΙ *vac.* ΤΟΚΟΙΝΟΝ
Ν]ΑΗΤΙΧΓΞΞΘΧΡΘΕΡΣΙΔΑΜΟ
Α]ΣΤΩΝ ΣΤΥΜΦΑΛΙΩΝ
ΘΘΘΘΡΟ : : : ΞΞΧΡΡΟΛΥΜ
ΕΙΘΙΟΣΤΟΚΟΙΝΟΝΤΩΝΑΡΚΑΔΩΝ
ΧΧΡΜΕΝΑΙΑΙΔΑΣΚΛΕΩΝΑΙ
ΩΝΑΡ ΛΕΤΙΘΘΘΟΟΟ
ΑΡΟΛΙΣΤΩΝΣΤΥ

In exemplo repraesentato uncis inclusae sunt litterae a Rossio visae nunc evanidae; sub fine extra marginem collocavi, quae praebet Quinet vel Rossii aetate iam deleta, quatenus fide sunt digna. Versus enim 16 et 17 sic perhibet Quinet:

16 ΧΡΓΟΛΥΜ ΣΚΙΟΙΟΣΤΟ
17 ΚΟΝΟΝ ΤΩΝΑΡΚΑΔΩΝ

Quae sine dubio ita effecta sunt, ut initium versus septimi decimi i. e. ΕΙΘΙΟΣΤΟ male exscriptum additum sit per neglegentiam versui sexto decimo. In fine versus duodevicesimi post ΑΙ sine lacuna adiectum est ΑΡΚΑΔΩΝ, quod in lapide non fuisse patet vel e spatii ratione; interpolatum fuerit e versu undevicesimo.

Varias lectiones enumero Rossii; reliquorum referre errores operae non est pretium. Vs. 1 in. ΚΤΟΥ.ΤΩΝΟΣ (Göttling recte ΑΓΩΝΟΣ; antea nihil) || vs. 2 in. ..ΥΝΙΑΙΣΥΚΧ || vs. 3 in. ΑΝ...ΑΙΛΑΣ..ΚΑ || vs. 5 in. omissum Ω. Tum Ρ pro F || vs. 6 in. ΧΙΑΘ || vs. 7 extr. ΡΟΙ || vs. 8 extr. omissum Λ/ || vs. 10 in. plenius ΡΜΝΑΜ || vs. 14 plenius ΗΤΙΧΒΘΘΘΧΡ || vs. 16 in. FFFΡΟ || vs. 17 in. deest Ε || vs. 18 post prius Α Ross quoque vidit Λ.

Ἐ]κ τοῦ ἀγῶνος καταδίκαι· Λεοv[τᾶς ...
ο]ν Θ, ἱα[ρ]οῦ] ΧΧ. Ἀλεῖος χρ(υσοί) Θ· Ἀνα[κοε(?), Κλεωνα-
ί]· ἀϝ(ρήτευε) Ν[ικ]ύλας. Καταδίκαι κα[ὶ ....
....· Τὸ κοινὸν τῶν Ἀρκάδων ἱα(ρὸν) Θ, [τι(μὰ) ....
....· Κλε]ωναί· ἀϝ(ρήτευε) Νικύλας. Ἁ πόλ[ις τῶν
Στυμφαλίω]ν ἱα(ρὸν) Θ, τι(μὰ) Χ χρ(υσοί)· Ἀρχιτέλης. [Τὸ κοι-
νὸν τ]ῶν Ἀρκάδων ἱα(ρὸν) Θ, τι(μὰ) Χ χρ(υσοί)· Ἀνδρέα[ς,
.... (nomen viri). Τ]ὸ κοινὸν τῶ[ν] Ἀρκάδων ἱα(ρὸν) Θ, τιμὰ [Χ
... χρ(υσοί)· Κ]λεωναί. Τὸ κοινὸν τῶν Ἀρκάδω[ν
ἱα(ρὸν) Η, τι(μὰ) Χ χ]ρ(υσοί)· Μνάσων, Κλεωναί· ἀϝ(ρήτευε) Οἰκος.
Ἁ πόλις (τῶν) Σ[τ[υ]μφαλίων ἱα(ρὸν) Θ, τι(μὰ) ΧΘΘΘΘ χρ(υσοί)· Θερσ-
ίδαμος, ...]λ[ᾶς]. Τὸ κοινὸν τῶν Ἀρκάδων ἱα(ρὸν) Θ,
τι(μὰ) .... χρ(υσοί)· Ὀ]ρεστάδας, Κλεωναί. Τὸ κοινὸν
τῶν Ἀρκάδω]ν ἱα(ρὸν) Θ, [τ]ι(μὰ) Χ[Θ]Θ[Θ]Θ χρ(υσοί)· Θερσίδαμο-
ς, ... (nomen viri). Ἁ πό]λις τῶν Στυμφαλίων [ἱα(ρὸν) Θ,
τι(μὰ) ΧΧΧ.]ΘΘΘΘΓΟ::::ΞΞ χρ(υσοί)· Πολεμ.....
...., Δε - s. Εὐ]ξίθεος. Τὸ κοινὸν τῶν Ἀρκάδων
ἱα(ρὸν) Θ, τι(μὰ) Χ]Χ χρ(υσοί)· Μναλ[κί]δας, Κλεωναί. [Τὸ
κοινὸν τ]ῶν Ἀρ[κάδων ἱ]α(ρὸν) [Θ], τι(μὰ) ΘΘΘΟΟΟ....
- - - - - - - - - - - - - - Ἁ πόλις τῶν Στυ[μφα-
λίων -

Dissertatione citata evincere studui tenere nos indicem restituendarum pecuniarum, quae ab Arcadibus Olympiae raptae erant, cum Ol. 103, 4—104, 2 (a. 365—363 a. Chr. n.) sacrum lucum in potestate sua tenuerant et una cum Pisatis ludos celebraverant. Hic satis habeo referre, sententia mea Cleonaeos arbitros de pecuniis exigendis electos esse ab Arcadibus et ab antistibus templi Olympici; vs. 5 et 10 indicati sunt viri, sub quorum praesidio (ΑF) iudicaverant Cleonaei. Viri reliqui quorum nomina occurrunt fuerint magistratus Olympici, qui aestimaverant rerum raptarum pretia (Τιμάς); ubi Cleonarum mentione non facta hominum nomina referuntur (vs. 6. 7 sq. 11 sq. 16 sq.), Arcades sponte summam postulatam ut iustam agnoverant, ut non opus esset arbitri actione. Stymphalus urbs particeps quidem erat rapinarum, sed cum titulus exarabatur foederi Arcadico non adscripta; ratum igitur esse videtur de pecuniis restituendis non ante annum 362 (cf. Niese, *Hermes* 34, 521. 544).

Iam accedo ad explicanda compendia scripturae. De ΤΙ = τιμά iam est dictum; ΧΡ sumpsi significare χρυσοῖ, qua voce designentur stateres Aeginetici; constat autem e metallo rapto percussos esse a Pisatis nummos aureos pretii Aeginetici (vide E. Curtius, *Zeitschrift für Numismatik* 2, 274 sq. R. Weil, ibidem 22, 9 sq.). ΙΑ fuerit ἱαρόν i. e. *dedicatio* (quo nomine multa adicienda erat unicuique pensioni). ΑF haud dubie est ἀϝρήτευε (cf. n. 497. 498. 517. 553. 923. Le Bas, *Voyage archéol.* III 1), quam vocem significare *praesidet* manifestum est e testimoniis; ortam esse ἀϝρητεύω viri docti complures per litteras mihi indicaverunt ex ἀναϝρητεύω, mutationem praepositionis in ἀ vario modo explicantes. Equidem iis adstipulor qui ἀϝρήτευε scriptum esse censent pro ἀϝϝρήτευε (cum augmento syllabico dorico ᾱ), in quod transierit ἀϝϝρ. apocopa ortum ex ἀναϝρ.: analogia accurata est ἀϝορέω ex ἀναϝορέω; cf. G. Curtius, *Etymologie* p. 566. Principalis igitur vocis significatio est *pronuntiat* (scilicet scita collegii).

Diversum a reliqui tituli ratione est initium, quod praescripto instructum est peculiari. Leontas et Aleus fuerint duces militum, qui per se mala perpetraverant; ἱαροῦ (vs. 2) interpretandum videtur »propter sacrum laesum« (scilicet imposita multa), -ον antecedens superfuerit de alterius peccati designatione. Ἀνα- videtur magistratus Eleus, qui fungebatur pro accusatore.

De notarum numeralium significatione confer ad n. 481.

Dubitanter coniecit Weil titulum non referendum esse ad rapinas Olympiae ab Arcadibus commissas, sed Nemeae: fortasse enim eum esse recentiorem Olympiade 104, cum ante Persas ab Alexandro Magno devictos nummi aurei non multi influxerint in Graeciam. Equidem ubi primum in lapidem incidi, agi de Nemeis credidi, quae sententia obvia est de titulo Argis reperto, sed statim eam dereliqueram, cum credibile non duxissem saeculo quarto — de aetate posteriore propter litteraturam cogitari nequit — sicut Olympiae etiam Nemeae laesis ludis Arcades permagna contraxisse debita eiusque rei plane intercidisse memoriam. Neque putandum est pecunias debitas solvendas fuisse auro; sic autem eas potuisse computari vix negari potest, cum de nummis aureis tum Olympiae effectis constet ex ipsius Weilii sententia.

Vs. 3. 4 conieci supplendum esse κα[ὶ ὁμολογίαι. — Vs. 11 pro τῶν deest spatium, sed omissum fuerit per errorem. — Vs. 16 in. numeri deleti fortasse potius non quattuor sunt, sed quinque, quorum ultimus aut Χ erat aut Θ; occurrit enim Θ quinquies positum n. 553 vs. 2.

617 Argis in museo tabula lapidis calcarii reperta a. 1854 prope ecclesiam S. Panagiae. Supra et infra servatus est margo. A. 0,46. l. 0,45. cr. 0,15.

Bursian, *Bullettino d. Inst.* 1854, p. 16. Rangabé, *Antiquités Helléniques* II 2346. Foucart in supplementis ad Le Bas, *Voyage archéol.* II 116 a. (Dittenberger, *Hermes* 7, 62. Prellwitz, *Dialektinschr.* 3286.) Cf. Mommsen, *Röm. Münzwesen* 66 adnot. 210. — *Exscripsimus partem superiorem ego, inferiorem Fredrich.*

[*Exemplum vide pag. 106.*]

Var. lect. Lapis nunc multo magis detritus est quam testium priorum aetate, praesertim in parte inferiore, ubi ad dextram vix quidquam agnosci potest. Quae aliorum nituntur fide, uncis curavi includenda, quod omisi si alii viderunt litteram plenam, ego modo partem, sed quae lectionem firmet. — Vs. 1 in numeris punctum ultimum omittit Burs. In fine Α dat Rang. || vs. 3 ΤΑΙ.:.·Ξ Fouc., ΤΑΙΣ::Ξ Rang., ΤΑΙΣ:·Ξ Burs. In fine Fouc. sicut ego, nisi quod omittit Λ; Burs. et Rang.: ΑΙΑΝ.Ο || vs. 4 in. Α, vs. 5 in. Ε dat Rang. || vs. 7 post Σ omittunt Α, pro quo Γ Rang. || vs. 8 in. omittunt Ι. In medio versu Ε addidi e Fouc. et Κ e Burs., de qua littera ipse vidi ʼ || vs. 9 in. ......Σ.ΓΑΛΛΡΟΑΣ Burs., Σ..Θ<ΛΛ Rang.; Fouc. quae ego, praeter quod omittit ʼ. In fine Μʼ Rang. || vs. 10 in. ....ΘΑΛ Burs., ...ΘΘΑΛ Rang. Tum ΕΓ dat Rang. (Ε etiam Fouc.), sub fine Ν Rang. et Fouc., post quod cernere mihi visus sum Γ, quod omittunt priores. — Inde a versu undecimo uncis inclusa habet Fouc. (partim cum aliis), nisi testem alium nomino. Reliquorum discrepantias affero modo eas, quae ullius momenti esse videntur. — Vs. 11 in medio versu duo esse Κ diserte testatur Burs.; habet quoque Rang. || vs. 13 extr. ΝΣΙΙΙ...ΕΙΩ Burs., ΑΝΣΗΗ..ΕΙΣ Rang. || vs. 14 in. ΙΟΙ e Burs. et Rang. (hic ΟΙΟΙ). In reliquis consentiunt omnes, nisi quod Fouc. unum modo dat Θ || vs. 16 extr. ΝΣΕΙΗΙ Rang., ΝΣLΙΘ Burs. || vs. 16 extr. ΘΑΛΕΞΑΝΔΙ Rang. Cum Foucarto congruit Burs. || vs. 18 Θ e Rang. et Burs. || vs. 20 Α omittunt Burs. Fouc., ΚΑΣΟ dat Rang. || vs. 22 extr. ΑΛΕ e Rang., sub quibus litteris idem vs. 23 dat ΑΝΙΑ.

Θ Αἰγιναίους. Ἡρακλεῶται ::· Αἰγιν[αίους.
Ὑ]κκαταιεῖς ΘΟΘ::· Αἰγιναίους. Ἐξ Ἐχίνο[ν
Αἰγιναίους. Ὠρεῖται [Θ(?)]::·Ξ Αἰγιναίους
Παγ]ασαῖοι Θ Ἀλεξανδρείους. Φεραῖοι ΘΘ::·
Ἀλεξ[ανδρείους. Φαρσάλιοι Θ::: Αἰγιναίο[υς.
--ί]ους. Λαρισαῖοι Θ Αἰγιναίους. Ξέναρχ]ος
Ἀ]λεξανδρείους. Ἄτραξ [Θ(?)]Ο Αἰγιναίο[υς
--ίοις Θ Αἰγιναίω[ς]. Ἐκ Κυρίου Γ Ἀλεξ[ανδρείους.
---------λλίθας Θ [Αἰγι]ναίους. Μ--
----- Ἀλεξανδρείω[ς]. Ἐγ Γονφῶν Γ--
ΓΘ Ἀλεξανδρείους. [Ἐ]κκ Πελ[ί]νν[ας] ΓΘ Ἀλ[εξανδρείους.

Αἰγιναίανς. Φαλαννεῖς Γ Ἀλεξανδρείαν[ς.
-- ίανς ἐξ Ὀυολίο[υ] Θ Ἀλεξανδρείανς. [Γον(?)]νεῖς
--- νοι .. ἐξ Ἀσ... ΘΘ Ἀλεξανδρε[ία]ν[ς.
Ἐξ --]γεᾶν ΘΘΘ:: Αἰγιναίανς. Ε--
Ἀλ]εξανδρείανς. Ἐξ Ἐδέσσας ΘΘΘ Αἰγινα[ίανς.
Ἀταλα]νταῖοι - Ἀλεξανδρείανς. Εὐρωπαῖο[ι -

Ἀλεξανδρ]είανς. - - - - Θ - -
Ἀλεξανδρ]είανς. - - -
- - ίανς. Κα[σσανδρεῖς
Φι]λιππεῖς ΘΘ - -
ΘΘΘ - - - - - - - - - Ἀλε[ξανδρείανς.
ΘΘΘ - -

Θ Α Ι Γ Ι Ν Α Ι Α Ν Σ Η Ρ Α Κ Λ Ε Ι Ω Τ Α Ι :: · Α Ι Γ Ι Ν [Α]
Π Α Τ Α Ι Ε Ι Σ Θ Θ Θ :: · Α Ι Γ Ι Ν Α Ι Α Ν Σ Ε Ξ Ε Χ Ι Ν C
Α Ι Γ Ι Ν Α Ι Α Ν Σ Ɔ Ρ Ε Ι Τ Α Ι ///// : · = Α Ι Γ Ι Ν Α Ι Α Ν Σ Λ
Α]Σ Α Ι Ο Ι Θ Α Λ Ε Ξ Α Ν Δ Ρ Ε Ι Α Ν Σ Φ Ε Ρ Α Ι Ο Ι Θ Θ :: ·
Ε]Ξ Α Ν Δ Ρ Ε Ι Α Ν Σ Φ Α Ρ Σ Α Λ Ι Ο Ι Θ ::: Α Ι Γ Ι Ν Α Ι Α
Α Ν Σ Λ Α Ρ Ι Σ Α Ι Ο Ι Θ Α Ι Γ Ι Ν Α Ι Α Ν Σ Ξ Ε Ν Α Ρ Χ
\ Λ Ε Ξ Α Ν Δ Ρ Ε Ι Α Ν Σ Α Τ Ρ Α Ξ ///// Θ vac. Α Ι Γ Ι Ν Α Ι Α
Ι Ε Ι Σ Θ Α Ι Γ Ι Ν Α Ι Α Ν [Ε Κ] Κ Ι Ε Ρ Ι Ο Υ vac. Γ vac. Α Λ Ε Ξ
Σ (Λ Λ Ι Θ Α Σ Θ Ν Α Ι Α Ν Σ Μ
Λ Α Λ Ε Ξ Α Ν Δ Ρ Ε Ι Α [Ν Ε Γ] Γ Ο Ν Φ Ω [Ν] Γ
Γ] Θ [Α Λ Ε Ξ] Ν Δ Ρ Ε Ι Α Ν Σ [Κ Κ] Π Ε Λ Ν [Ν] Σ Ρ Θ Λ ,
Α Ι] Γ Ι [Ν Α Ι Α Ν Σ Φ Α Λ Α Ν Ν Ε Ι Σ Γ Α Λ Ε Ξ Α Ν Δ Ρ Ε Ι Α Ν]
Ν Σ Ε Ξ Ɔ Μ Ο Λ Ι Ο [Θ Α Λ Ε Ξ Α Ν Δ Ρ Ε Ι Α Ν Σ Ν Ε Ι Σ]
Ι Ο Ι] . . Ε Ξ [Α] Σ [. . . Θ Θ Α Λ Ε Ξ Α Ν Δ Ρ Ε . . Ν]
Γ Ε Α Ν Θ Θ Θ [:: Α Ι Γ Ι Ν Α Ι Α Ν Σ Ε]
Ε Ξ Α Ν Δ Ρ Ε Ι [Α Ν Σ Ε Ξ Ε Δ Ε Σ Σ Α Σ Θ Θ Θ Α Ι Γ Ι Ν Α]
[Ν] Τ Α Ι Ο Ι [. . . . Α Λ Ε Ξ Α Ν Δ Ρ Ε Ι Α Ν Σ Ε Υ Ρ Ω Π Α Ι Ο]
Ε] Ι Α Ν [Σ Θ]
Ε Ι Α Ν Σ
Α Ν Σ Κ Λ
Λ] Ι [Π Π] Ε Ι Σ Θ Θ
Θ Θ Θ [Α Λ Ε]
Θ Θ Θ

Catalogus stipium missarum et a privatis et ab urbibus, quae, excepta Oreo (vs. 3), omnes Thessaliae et Macedoniae, referuntur ex ordine geographico; incipit enim Thessalia meridionalis, sequuntur regiones Penei et fluminum in eum influentium, denique Macedonia (Foucart). Accusativos adiectivorum in -ανς desinentes agnoverunt Waddington (apud Fouc.) et Dittenberger, hic quidem probans, subintellegi posse modo δραχμάνς, non μνᾶς. Titulum Alexandro Magno recentiorem esse patet e drachmis Alexandriis memoratis, sed non multo recentiorem esse monstrat litteratura, atque monet Mommsen inde a regno Alexandri constituto regnavisse etiam eius nummos sola excepta Aegypto, titulum igitur nostrum fortasse recentissimum esse testimonium de nummorum Aegineticorum usu. Drachmam significare ., decem drachmas Θ, quinquaginta Γ primus docuit Dittenberger; = (vs. 3) nunc constat significare obolos duos (cf. n. 481).

Vs. 1 Ἡρακλεῶται esse τῆς Τραχινίας intellexerunt editores. — Vs. 2 suppleverunt Burs. Rang. Ethnicum novum; fortasse corrigendum e titulo quod traditur apud Steph. Byz. Ὑπατεύς. Ἐξ cum nomine urbis (est etiam vs. 8. 10. 11. 13. 14. 16) indicat stipes in singulis urbibus a pluribus collatas. — Vs. 4 supplevit Burs. — Vs. 7 Ἄτραξ recte videtur Burs. sumpsisse pro viro (ut vs. 6 Ξέναρχος, vs. 9 -λλίθας), non pro urbe, quae designaretur Ἀτράγιοι. — Vs. 8 in. Πειρασ]ιεῖς Burs., fortasse recte. — Vs. 9 extr. Μ[ητροπολῖται Fouc. — Vs. 11 restituerunt Burs. Rang. — Vs. 12 Φαλαννεῖς forma ethnici nova. — Vs. 13 Γον]νεῖς Fouc. — Vs. 15. Fortasse Ἐξ Αἰ]γεᾶν de Αἰγαί, quam urbem auctores quidam ab Edessa distinguunt (Fouc.). — Vs. 17 restituit Burs., vs. 20 Fouc.

---

618 »Argis prope D. Petri« e schedis Fourmonti Boeckh, C. I. G. 1120. (Prellwitz, *Dialektinschr.* 3278.) Cf. C. Keil, Specimen onomatologi Graeci 77.

I	II
. . . . . Ο Μ Π Ι Δ Α Σ Λ Α Π Ο Μ	Π Ι Κ Α Λ Λ Ι Α Κ Μ Ο Σ Τ Ι . . . Ι Τ Ο Υ
. . . . Ε Α Σ Α Λ Ι Κ Ε Ο Σ	Ε Υ Κ Ρ Ι Τ Ο Σ Κ Υ Λ Λ Ι Α
. . Λ Ε Σ Τ Α Σ Τ Ε Λ Ε Ι Π Π Ο Υ	Α Ι Σ Χ Ι Ν Α Σ Κ Ρ Η Θ Ε Ο Σ
. . Σ Υ Α Κ Ε Α Σ Τ Ε Λ Ε Ι Π Π Ο Υ	Λ Δ Ο Ρ Κ Ω Ν Ο Σ
. . Μ Ο Σ Θ Ε Ν Η Σ Α Λ Κ Ε Ο Σ	Θ Ρ Α Υ Λ Λ Ο Σ Κ Α Τ Α Τ Α Ν Ν Ι Κ Ε Ο Σ
. . \ Α Δ Ο Σ Ξ Η Ν Ο Κ Λ Ε Ο Σ	Α Γ Η Ρ Δ Α Μ Ο Σ Κ Ρ Ι Θ Ε Α
. . . Ι Κ Ρ Α Τ Η Σ Ε Υ Δ Α Μ Ο Υ	Ε Π Ι Κ Ρ Α Τ Η Σ Γ Α Ψ Ι Α
. . . Ι Ω Ν Α Ι Σ Χ Υ Λ Ο Υ	Τ Ε Λ Ε Ι Π Π Ο Σ Κ Α Τ Α Τ Α Ν Α Ρ . . .
. . . . Ο Σ Λ Υ Σ Ι Π Π Ο Υ	Κ Υ Μ Ι Α Σ Κ Α Τ Α Τ Α Ν Ι Υ Α
Κ Α Τ Α Τ Α Ν	Τ Ε Λ Ε . . . . .

I	II
Λαπ]ουπίδας Λαπουπί[δα]	Καλλί[δα]μος Τ[ιμαγή]του
. . . έας Ἀλκαίος	Εὔκριτος Κυλλία
Τε]λέστας Τελείππου	Αἰσχίνας Κρηθέος

......ίας Τελείππου	– – – α Δόρκωνος
Δα]μοσθένης Ἄλκετε	Θρασύλλος κατὰ τὰν Νικίος
Κάλ]αδος Ξ[ε]νοκλέος	Ἀγη[σ]ίδαμος Κριθία
...κράτης Εὐδάμου	Ἐπικράτης [Π]α[ι]σία.
...ίων Αἰσχύλου	Τελέιππος κατὰ τὰν Ἀρ-
....ες Αντίππου	Κυ[λλ]ίας κατὰ τὰν – –
κατὰ τὰν – –	Τελέ[ιππος(?) – –

Col. I vs. 1 restituit Prellw. — Vs. 3 supplevit Boeckh, Τελείππου (etiam vs. 4, II vs. 8; Θρασύλλος II vs. 5) recte scripsit Prellw. — Vs. 5 supplevit Keil. — Vs. 6 nomen prius supplevit Keil, alterum emendavit Boeckh.

Col. II vs. 2 nomen prius emendavit Boeckh, alterum probabiliter supplevit Prellw. — Vs. 6 Ἀγη[σ]ίδ. Prellw., Ἀγη[σι]δ. Boeckh. — Vs. 7 emendavisse mihi videor a traditis vix recedens. — Vs. 9 emendavit Boeckh.

---

619 Ross, Mus. Rhen. 8, 1851, p. 128 n. 20 = *Archäol. Aufsätze* 2, 659 (sine transscriptione).

Λ Α Α L Δ Λ	Λα[κ]εδ[αίμων
Μ Ο Θ Ш Ν Η	Μοθώνη
Ε Π Ι Δ Α Υ Ρ Α Π Ε Ν	Ἐπίδαυρα παν-
Τ Ρ Υ Ζ Η Ν	Τρυζήν
Ε Ρ Μ Ι Ο Ν Η	Ἑρμιόνη
Π Α Τ Ρ Α Ι	Πάτραι
Η Λ Ι C	Ἦλις
Μ Α Ν Τ Ι Ν Ι Α	Μαντίνια
Ζ Α Κ Υ Ν Θ Ο C	Ζάκυνθος
Λ Ε Υ Κ Τ Ο Ν	Λ[εῦκτ[ρ]ον
Κ Ο Ρ Ш Ν Η Α Ρ Κ	Κορώνη Ἀρκ-
Λ Λ Λ Η Ν	Κεφα[λ]λην[ία.

Adnotavit Ross ad versum tertium, vel sua aetate urbem ab incolis dictam esse τὰ Ἐπίδαυρα. — Vs. 11 fortasse ΑΡΚ lapicidae vel Rossii errore non recte collocatum pertinebat ad versum praecedentem, ut Λεῦκτρον, quod recte restituisse mihi videor, Ἀρκ(αδικόν) distinguatur ab urbibus homonymis.

---

5. SEPVLCRALIA.

620 Argis exscripsit Fourmont in ecclesia Sancti Nicolai, in cuius loco postea aedificata est aedes Sancti Petri (cf. Cophiniotis, Ἱστορία τοῦ Ἄργους I 81), ubi lapidem se vidisse refert Le Bas. Nunc in ecclesia S. Petri plane nova nihil reperi.

E schedis Fourmonti Boeckh, C. I. G. 1152. Le Bas, *Voyage archéol.* II 132; correctiones ex ectypo adiecit Foucart in commentario. (Kaibel, Epigr. Graeca 465. Cougny, Anthol. Pal. III 2 p. 137 n. 286. Cophiniotis, Ἱστορία τοῦ Ἄργους I 81.) — *Exscripsi* e Le Basii ectypo.

Ν|ΕΑΣΒΑΙΝΟΥΣΑΝΕΣΕΛΠΙΔΑΣΑΡΤΙΤΑΘ · ΙΑΤΑΚΑ Ε ..ΣΔΕΡΚΟΜΕΝ
ΟΙΡΑΘΟΗΜΑΡΨΑΣΑΠΑΡΑΝΕΡΟΣΗΡΠΑΣΕΚΟΛΠ/ωΝ ΟΙΑΤΙΣΕΙΟΘΟΡΟΣ ΔΙΨΑΣΕ/Ι
ΜΥΡΝΑΝΤΑΝΦΙΛΟΤΕΚΝΟΝΕΠΑΝΔΡΙΔΕΠΑΙΔΑΛΕΛΟΙΠΑ ΟΚΤΑΕΤΙΝΘΝΗΣΚΩΔΗ
ΑΝΑΜΟΣΥΝΟΝΠΡΟΛΙΠΟΥΣΑΠΟΣΙΚΑΤΑΔΩΜΑΘΥΓΑΤΡΑ ΜΑΙΝΙΩΥΨΙΣΤΟΥΔΗΡΙΟΝΑ
ΝΟΑΔΕΓΑΡΜΕΣΥΝΕΥΝΟΣΕΘΗΚΑΠΟΛΛΟΝΙΟΣΚΑΙ ΤΟΥΤΟΜΟΥΕΝΝΟΥΣΟΙΣΔΩΡΟΝ/
ΠΑΚΕΝΟΥΣΑΝΑΜΕΜΠΤΟΝΑΦΟΥΣΕΒΑΣΕΙΧΟΝΑΝΑΚΤΟΣ ΖΟΣΑΚΑΙΕΝΦΘΙΜΕΝΟΙΣΤΟΥΤΟΓΕΔΑΣ
ΤΟΙΝΥΝΟΥΤΥΝ ΝΚΑΤ ΑΣΜΑΚΑΡΩΝΔΕΛΕΛΟΝΧΑ ΧΩΡΟΝΚΑΙΤΑΘΕΩΝΔΩΜΑΤΑΧΡΥΣΟΠΑΓΙ///

Μ ΑΙΝΙΑΤΙΤΟΥ Σ ΜΥΡΝΑ Χ ΗΣΤΗ ΧΑΙΡΕ

Varia lectio potior. Vs. 1 in. Ν recepi e Fourmonto || vs. 2 in. ΛΟΙΡ Le Bas. Tum ΚΟΛΠ.Ν Le B., ΚΟΛΓωΝ Fourm. Extr. Ε/Ι/ Le Bas (nihil post Ε Fourm.) || vs. 3 in. ΣΜ Le B. — In fine ΔΙΙ Le B., solum Δ Fourm. || vs. 5 falso ΝΟΥΣΣΟΙΣ Le B. et in transscriptione Foucart. Sub fine plenius ΔΩΡΟΝ Fourm. Le B., post quod Fourm. omittit / || vs. 6 extr. ΤΟ..ΕΛΛΥ.. Fourm. || vs. 7 ultimum residuum Ι omittit Le B. (ΧΡΥΧΟΓ... Fourm.)

Ἄρτι] νέας βαίνουσαν ἐς ἐλπίδας, ἄρτι τὰ θεῖα
τείματα Καρ[ν]ε[ία]ις δερκομένη[ν θυσίαις |
Μ]οῖρα σοῦ μάρψασα παρ' ἀνέρος ἥρπασε κόλπ[ω]ν,
οἷά τις εἰοθόρος ἀρπάς ἀ[χ]λ[ύ]ονα δάκνει, |
Σ]μύρναν τὰν φιλότεκνον. ἐπ' ἀνδρὶ δὲ παῖδα λέλοιπα
ὀκταέτιν, θνήσκω δὴ – – – – – – –, |
μ]ονογένειον προλιποῦσα πόσι κατὰ δῶμα θύγατρα
Μαινίω· ὑψίστου δ' ἠρίον ἄγχι Διός. ||
Ἐ]νθάδε γάρ με σύνευνος ἔθηκ' Ἀπολλώνιος καὶ
τοῦτό μου ἐν νούσοις δῶρον ἀ[νέ]θηκε θεός. |
ἤρπ]ακεν οὖσαν ἄμεμπτον, ἀφ' οὗ σέβας εἶχον ἄνακτος
ζ(ῶ)σα, καὶ ἐν φθιμένοις τοῦτό γ' ἐδάσ[σατό μοι. |
τ]οίνυν οὐ τύ[μβο]ν κατ[ὰ γ]ᾶς, μακάρων δὲ λέλονχα
χῶρον καὶ τὰ θεῶν δώματα χρυσοπαγ[ῆ]. |

Μαινία Τίτου Σμύρνα χρηστὴ· χαῖρε.

Vs. 1 supplevit Boeckh. — Vs. 2 *Καρνείαις* et *Θυσίαις* debentur Wilamowitzio; ab initio *στέμμ]ατα* scribit Kaibel, interpretatus: »modo ad novas erigebatur spes, modo sacras (Iovis scilicet, cf. vs. 8) infulas videbat sibi propositas, quas Carneis adsumptura fuit«. Sed tenuisse mortuam sacerdotium Iovis, non speravisse modo testatur vs. 11, neque inaugurabatur Iovis sacerdotium die Apollinis. Ac nimis longum est *στέμματα*, nam post *Θεῖα* certo spatium litterarum fere duarum erat vacuum sicut post reliquas versuum clausulas. Scripsi igitur *σάματα*, hunc inesse sensum credens »modo in novam spem eram ingressa, post Iovis sacerdotium me nacturam esse etiam Apollinis, modo in sacrificio Carneorum fausta videbantur de electione mea omina«. — Vs. 4 *ἴχνια φιλεῖ* Boeckh, addens: »*φιλεῖ* incertum est«. *ἴχ*. egregie confirmatum est pleniore Le Basii lectione, vocem alteram mutavi. — Vs. 8 supplevit Kaibel: »*sepulcrum mihi est prope Iovem Maximum*«. — Vs. 9 vir audiebat *Maenius Apollonius*. Orthographia *Ἀπελλώνιος* nomen conformatum esse ad metrum monet Foucart; prima syllaba ut longa est adhibita. — Vs. 10 extr. *ἀ[ρι]στεῖον ἔχω* dubitanter Boeckh, *ἀ[πέτυχον ἐγὼ* Kaib. Supplevi ita, ut sequentia lucerentur subiectum: »*deus mihi aegrotae (somniis) ut praemium praedixit hunc sepulcri locum*«. — Vs. 11 supplevit Fouc., vs. 12 ego. — Vs. 13. 14 *τ]είνων* Kaibel, reliqua supplevit Foucart.

---

621 Argis anaglyphum lapidis calcarii, inmissum olim muro ecclesiae Sancti Basilii sive metropolitanae, nunc muro Sanctae Panagiae. A. 1,05. l. 0,40. cr. 0,15. Repraesentatur vir (mortuus), qui caput manui innixus stat iuxta aram; suspiciens in eum ex adverso stat puer, qui arae aliquid imponit. Titulus sub anaglypho in eodem campo scriptus est.

E schedis Fourmonti Boeckh, C. I. G. 1141. Leake, *Travels in the Morea* n. 65. (Godofr. Hermann, Opuscula 4, 324, laudans editionem Welckeri in Diurnis scholasticis a. 1830 parte II n. 86. J. Fröhlich, *Neue Jahrbücher für Philologie und Pädagogik* Suppl. 5, 1837, p. 328.) *Expédition de Morée* II p. 95 n. 3 et Le Bas, *Inscriptions recueillies par la commission de Morée* 3, 1837, p. 184 n. 56 ex apographo Quineti. (C. Keil, Analecta epigr. et onomatol. 8 sq. Le Bas-Foucart, *Voyage archéol.* II 131. Kaibel, Epigr. Graeca 466.) Milchhöfer, *Athen. Mitth.* 4, 1879, p. 158 n. 6 solum dat initium. (Cougny, Anthol. Pal. III 2 p. 97 n. 29 et p. 150 n. 362. Cophiniotis, *Ἱστορία τοῦ Ἄργους* I p. 113 n. 3.) — *Exscripsi et ectypum confeci.* Imaginem repraesento ad tertiam verae magnitudinis partem redactam.

ΗΣΟΡΙΝΗΗΝΕΕΛΘΟΝΤΑ ΠΟΓΕΙΔΕΚΕΚΕΥΘ
ΑΡΓΕΙΩΝΘΥΜΟΝΑΦΕΝΤΑΠΟΛΕΙ

Var. lect. Vs. 1 --ΣΟΡΗΝΗΝΣΕΛΟΟΝ·Α·ΠΩΙΔΕΚΕΚΓΥΟ Fourm., ΗΣΟΡΙΝΗΝΤΕΛΘΟΝΤΑ ΠΟΡ..ΔΕΚΕΚΕΥΟ Leake, ¯ΟΡΙΝΗΝΤΕΔΩΟΝ..ΤΟΠ Ο Τ...ΕΝΕΚΕΥΟ Quin., ΤΟΡΙΝ.ΝΤΕΛΘΟΝΤΟ ΠΟΓΕΙΧΕΚΕΚΕΥΟ Le Bas *Voyage*, ΣΟΕΝΗΔΕΕΛΟΟΝΤ Milchh.

Μεσσήν(?)]ιος, Ὀρινησί, ἐλθόν[τ]α [ἄ]πο [τ]εῖδε κέκευθ[εν
γαῖα σ' ἐν] Ἀργείων θυμὸν ἀφέντα πόλει.

Lapis, e quo speciosa elicuit Hermann quique vel Pyrrhi regis sepulcrum texisse creditus est (Fröhlich), altero p. Chr. n. saeculo certe non est antiquior. Lectio licet non in omnibus partibus sit facilis, tamen mihi scalis adhibitis saepius compluribus diebus contemplato lapidem tandem ne una quidem littera e servatis incerta est visa. Conamina priorum enumerare supersedeo, sed silentio praeterire non possum Carolum Keilium et hic probavisse acumen suum plane admirabile et sobrietatem: abstinendum enim tunc quidem esse intellexit a restitutione initii, sed verum quod nunc patet argumentum rectissime agnovit: »ego ab initio nomen defuncti cum terra, ex qua venisset, scriptum fuisse puto«. *Μεσσήν]ιος* posui exempli gratia; in versu altero *ἐν* deesse non potest, conferendus est Kaibelii n. 414 *ἐν Φαρέαι γαίᾳ θυμὸν ἀποφθίμενος*.

---

622 »Argis in muro ecclesiae D. Basilii« e schedis Fourmonti Boeckh, C. I. G. 1156 (hodie in ecclesiae muris calce illitis nihil reperiri potest). (Kaibel, Epigr. Graeca 467. Cougny, Anthol. Pal. III 2 p. 138 n. 290.)

. . . ϽΥΦΙ.ΛΙΑΚΕΚ..ᴗΕΤΡΙ..
..ΣΤΩΛΥΚΑΒΑΝΤΙΩΝΟ..
..ΩΔΕΙΝΩΝΦΟΡΤΟΝΑΕΙ
..ΜΕΝΗΝΠΩΛΛΑΝΦΑΛ
..ΙΠΟΥΣΑΝΑΤΕΧΘΕΑ
.ΒΥΑΜΗΤΡΙΜΗΤΕΡΑ
..ΝΜΗΠΩΠΙΚΡΟΣ
...ΛΑΒΨΑΙΔΗΣ

Κ]ούφ[η γα]ῖα κέκ[ευθ]ε τρι[α]κο]στῷ λυκάβαντι
ο[ὐ]δ[ὲν | ἔτ'] ὠδείνων φόρτον ἀει[ρο]μένην
Πώλλαν, [πο]λ[λὰ || λ]ιποῦσαν ἀ[π]εχθέα | [δάκρ]υα μητρί,
μητέρα | [τὴ]ν μήπω πικρὸς | [ἔμ]α[ρ]ψ' Ἀίδης.

Vs. 1 Κ]ούφ[η Wilamowitz, *γα]ῖα κέκ[υθ]ε* Kaibel; vs. 2 *ο[ὐ]δ[ὲν ἔτ']*, quae incerta, idem, interpretatus »onus nondum maturum«; intellexit enim e versu ultimo, gravidam abreptam esse Pollam; reliqua restituit Boeckh.

623 Repertum anno fere 1869.

Argis in demarchio exscripsit *Carolus Curtius*, cuius apographum, e quo titulum dedit Kaibel, Epigr. Graeca 464, ipsius Curtii benevolentia repraesentare hic licet.

ΑΧΡΗΣΤΗ
ΥΠΕΘΠΛΟΙΣΙΜΕΤΑΡ
ΚΤΗΚΑΛΛΙΚΟΜΩΝΑΝΘΟΣ
ΠΡΟΛΙΠΟΙΣΑΦΑΟΣ *vacat*
ΝΑΝΤΙΔΕΘΑΛΛΠΩΡΑΝ
ΛΕΤΙΠΑΙΔΑΦΙΛΟΝΛΙΠΟ
ΠΙΟΝΕ ΓΓ ΙΟΝ
ΤΟΣ

Superscriptum erat *Ἄντη*, genetivus nominis patris desinens in *α*, *χρηστή·* [*χαῖρε*. Sequitur carmen, cuius certe sensum universum assecutus est Kaibel restituens:

Ἤθεον, ο]ὐ πέπλοισι μετάρ|[σιος –⏑⏑–⏑
Ἄντη, καλλικόμων ἄνθος | [ἀπ' Ἰναχιδᾶν,
ἀελίου] προλιποῖσα φάος || [τάφον ἐνθάδ' ὑπῆλθε]ν,
ἀντὶ δὲ θαλπωρᾶν | [θῆκα γονεῦσι γόους]·
οὐδ'] ἔτι παῖδα φίλον λιπὼ|[ν πόσει –⏑⏑–⏑
- - - - - - - - - - - - - - -

Nomen recurrit in titulo, qui proxime sequitur.

624 Fragmenta duo, quorum apographa debeo *Caroli Curtii* liberalitati. *a* repertum anno fere 1869, ad sinistram et supra servatum. Versuum duorum priorum litterae colore rubro erant imbutae; versus tertius et quartus litterarum sunt multo minorum et, ut visum Curtio, alia manu scripti. *b* infra servatum, fortasse de eodem lapide esse atque *a* dicit Curtius.

a ΥΠΕΡΒΟΛΗΚΥΡΙ
ΛΚΤΗ ΧΑΙΡΕ
ΑΡΟΣΒ
ΗΤΙ

b ΗΙ
ΜΟΙΠΑ
ΟΣΣΟΣΑΚΑΧΕΙ
ΣΙΟΣ
vacat

a vs. 1. 2 Ὑπερβόλη κυρί[α,
Ἄκτη· χαίρετ[ε.

a vs. 3 π]άρος, e qua voce cum pateat subscriptum fuisse carmen, revera eiusdem lapidis erit fragmentum *b*; hic enim non minus clare apparent carminis sepulcralis rudera vs. 3: ὅσσος s. τ]όσσος ἀκαχί[μενος. — De κυρί[α cf. n. 625. Nomen Ἄκτη etiam in titulo, qui proxime praecedit.

625 »Argis ad puteum« e schedis Fourmonti Boeckh, C. I. G. 1158.

ΚΥΡΙΕΤΙΒΕΡΙΕΧΑΙΡΕΖΗ
ΤΗϹΑΥΤΗϹΠΑΤΡΗϹΚΛΥ
ΤΩΝΑΥΤΩΓ_ΥΝΩ
ΤΟϹΕΓΩΤΙΒΕΡΙΟ
ΑΠΦΩΔΗΙΘΕΟΙΔ

Κύριε Τιβέριε, χαῖρε, ζή[σας ἔτη --

Τῆς αὐτῆς πάτρης, κλυ[τῆς nomen patriae ---,
τῶν αὐτῶν [ξ]ενίων - - - - - - - - - -
πισ]τὸς ἐγὼ Τιβερίο[υ φίλος nomen amici ---
ἄμφω δ' [ἠ]ίθεοι δ- - - - - - - - - -

Videntur iuvenes duo amici ex eadem terra patria Argos venisse ibique mortuus esse alter, cui nomen Tiberius, et ab altero sepultus. Supplementa proposita in versibus 2—4 mea sunt. κύριε vs. 1 honoris causa additum ut e. g. *Bull. de corr. Hell.* 23, 1899, p. 342 n. 4 τῇ κυρίᾳ καὶ ἀδελφῇ; cf. *Athen. Mitth.* 24, 1899, p. 485 n. 3.

626 In domo quadam prope murum polygonum magna stela, in cuius parte superiore sub rosis duabus est titulus *a*, quem excipit anaglyphum: vir iuvenis amictus exomide, sinistra tenens baculum, dextram porrigit puero, quem inter et virum est mensa humilis. Subscriptum est carmen *b*, cuius nil nisi initia versuum legere poterat editor.

Bursian, *Archäol. Zeitung* 13 (1855), *Anz.* p. 57*. (*a*: Le Bas-Foucart, *Voyage archéol.* II 136 *b*. Cophiniotis, Ἱστορία τοῦ Ἄργους I p. 115 n. 11.)

a	ΤΡΥΦΟΝΧΑΙΡΕ	Τρῦφον· χαῖρε.
b	ΗΙΘΕΟΣΓ	Ἤιθεος
	ΤΗΔΕΤΕΥ	τῆδ' ἔτευ[ξε
	ΟΥΠ	οὔπ[ω
	ΕΙΚΟΣΗΝ	εἰκὸς ἦν(?).

a Τρῦφον vocativus quamquam recte habere se potest, tamen vix certa est lectio.

b videntur fuisse versus trochaici.

627 »Argis in vineis; e schedis Fourmonti. Ex iisdem editum in Wolfii Analect. litt. Fasc. I p. 97 et inde in Ἑρμῇ λογίῳ 1817 p. 103 atque in Iacobs. Anthol. Pal. T. III p. 967« Boeckh, C. I. G. 1157. Pouqueville, *Voyage de la Grèce* 2. *éd.* vol. 5 p. 209. (Kaibel, Epigr. Graeca 470. Cougny, Anthol. Pal. III 2, p. 150 n. 407.)

ΕΝΘΑΔΕϹΩϹΙ
ΠΑΤΡΑΚΕΙΜΑΙ
ΕΠΙϹΗΜΑΠΤΩ
ΔΕ ΜΟΙΡΗϹ
ΑΝΒΡΟϹΙΗϹΕ
ΚΤΕΛΕϹΑ
ΜΙΤΟΝ

Var. lect. In sex modo versus divisum exhibet Pouq., e versu quarto ΔΕ adiungens versui praecedenti, ΜΟΙΡΗΣ sequenti. — Vs. 6 ΤΕΑ Fourm. (Vs. 3 ΜΑΠ uterque.)

Ἐνθάδε Σωσι|πάτρα κεῖμαι | ἐπὶ σήμα[τι] τῷ]δε,
Μοίρης || ἀμβροσίης ἐ|κτελέσα[σα] | μίτον.

Restituit Boeckh.

628 Argis in museo tabula marmorea, a. 0,25. l. 0,48. cr. 0,03. Versus singuli inter lineas.
Martha, *Bull. de corr. Hell.* 2, 1878, p. 319. Cophiniotis, Ἱστορία τοῦ Ἄργους I p. 110 n. 515 litteris minusculis. — *Contuli et partim exscripsi.*

†ΟΤΗϹΑΡΙϹΤΗϹΕΝΒΙΩΖΩΗϹΤΥΧΩΝ
ΤΟΥϹΤΑΘΜΟΥΔΕΤΟΥΠΡΟϹΚΑΙΡΟΥΤΩΝ
ΒΡΟΤΩΝΕΥΡΕΘΙϹΟΥΤΟϹΑΛΗΘΩϹΤΟΝΒΙΟΝ
ΕΥΚΤΕΝΩϹΑΕΙΔΙΑΓΩΝΙΩΑΝΝΗϹΤΟΥΝΟΜΑ
ΕΧΡΗϹΑΤΟΤΩΒΙΩΜΟΚΤΩΒΡΙΩΚΗΙΝΔϚΗΤΙϹ
ΘΕΛΗϹΕΙΑΝΥΞΕΤΟΜΝΗΜΑΤΟΥΤΟΑΝΕΥΤΗϹΑΥΤ
ΓΑΜΩΡΕΑϹΗΤΟΥΤΟΥΑΝΕΨΙΟΥΘΕΟΔΩΡΟΕΧΕ
ΤΗΝΜΕΡΙΔΑΤΟΥΙΟΥΔΑΤΟΥΠΡΟΔΟΤΟΥΑΜΗΝ†

Var. lect. Vs. 5 ἰνδικτιῶνος στ' Coph. || vs. 7 in. ΓΑΜ, tum ΤΤΟΥ Martha, omissis superscriptis Ε et Ο.

† Ὁ τῆς ἀρίστης ἐν βίῳ ζωῆς τυχών,
τοῦ σταθμοῦ δὲ τοῦ προσκαίρου τῶν
βροτῶν, εὑρεθίς, οὗτος ἀληθῶς τὸν βίον
εὐ'κτενῶς ἀεὶ διάγων, Ἰωάννης τοὔνομα,
ἐχρήσατο τῷ βίῳ. Μη(νὶ) Ὀκτωβρίῳ κη', ἰνδ(ικτιῶνος) ς'. Ἢ τις
θελήσει ἀνῦξε(ιν) τὸ μνῆμα τοῦτο ἄνευ τῆς αὐτ[οῦ
γαμε(τῆς) Ὡρίας ἢ τοῦ τούτου ἀνεψιοῦ Θεοδώρου, ἔχ[ει
τὴν μερίδα τοῦ Ἰούδα τοῦ προδότου. Ἀμήν. †

Versus primus iustus est senarius; sermo reliquus metricum quendam perhibet colorem. εὑρεθίς (vs. 3) ad τυχών sumendum, τοῦ σταθμοῦ δὲ κτλ. pro appositione: »*qui dum vivit inventus est nactus esse optimam vitam, quae quidem temporaria modo mortalium est statio*«. — Vs. 4 videtur esse εὐ'κτενῶς pro εὐ ἐκτενῶς. — Vs. 5 ad diei designationem subintellege ἀπέθανε (ut e. g. n. 411); ἢ τις scriptum pro εἴ τις (Martha), vs. 7 Ὡρίας pro Ὡραίας.

629 Stela lapidis calcarii non ornata.

Exscripsit Ross in diario a. 1844, edidit *Intelligenzblatt zur Allgem. Litteraturzeitung* 1844, p. 654 (= *Archäol. Aufsätze* 2, 666). Le Bas-Foucart, *Voyage archéol.* II 129. (Prellwitz, *Dialektinschr.* 3306.) — *Exscripsi* ex ectypo Le Basii.

Α Ρ Ι Σ Τ Ω Ν Ο Σ	Ἀρίστωνος,
Μ Ε Λ Ι Σ Σ Ι Δ Ο Σ	Μελισσίδος,
Ε Υ Π Α Σ Τ Ο Υ	Εὐπάστου.

Litterae optimae quarti saeculi. Contra Foucartum moneo, vs. 3 prius Y, quod dat Ross, vel hodie cerni posse in ectypo Le Basii.

630 Magnus cippus, aetate Fourmonti et Leakii in muro turris prope ecclesiam S. Basilii vel metropolitanam; Ross vidit inaedificatum ante introitum ad aream ecclesiae Παναγίας Θεοτόκου.

a b c: e schedis Fourmonti Caylus, *Recueil d'antiquités* VI 3 tab. 60, p. 195 et Boeckh, C. I. G. 1154. — *a* et *b*: Leake, *Travels in the Morea* III n. 67. — *a*: Le Bas, *Voyage archéol.* II 130 (Prellwitz, *Dialektinschr.* 3305). — *b*: Le Bas, *Voyage archéol.* II 138.

a Ν Ι Κ Ο Π Ο Λ Ι Ο Σ

b Κ Λ Ε Ω Ν Ι Σ Χ Α Ι Ρ Ε

c Α Ρ Ι Σ Τ Ο Κ///Η Χ Α Ι Ρ Ε

a Νικοπόλιος.

b Κλεωνίς· χαῖρε.

c Ἀριστοκ[λ]ῆ· χαῖρε.

Repraesentavi exemplum Rossii, nisi quod tituli *c* initium et minus plenum et minus bene quam Fourm. sic exhibet: ΙΙΣΙΤ////Κ////ΗΧ, e quibus tamen emendari potuit lectio Fourmonti ΚΡΗΙΧ.

Manifestum est titulum *a* reliquis esse multo antiquiorem. Singuli tituli circumscripti fuisse videntur lineis incisis, secundum Cayli imaginem etiam *c*. — De vocativo -κλῆ cf. ad n. 122.

631 *Prigela* (prope Argos) tabula lapidis calcarii ab omnibus partibus laesa, inmissa sedi lapideae ante ecclesiam (ubi frustra quaesivi). Anaglypho repraesentatur magnus cantharus, e quo super eum se erigens bibere videtur serpens. L. 0,40.

Milchhöfer, *Athen. Mitth.* 4, 1879, p. 158. (Prellwitz, *Dialektinschr.* 3304. Cophiniotis, Ἱστορία τοῦ Ἄργους I p. 114 n. 4.)

Η Ρ Υ Σ Η Μ	Σᾶμα] Ἡρο[ῦ]ς ἠμ[ὶ
- Ο Υ Λ Υ Κ Ο Φ Ρ Ο Ν	τ]οῦ Λυκόφρον[ος.

Bonae aetatis esse ait Milchh., qui recte videtur censere sepulcrale. In supplemento ab eo proposito: τοῦ] ἥ[ρω]ς ἠμί, exemplo repugnat ω.

632 Ex *Rossii* diario anni 1844. In area domus cuiusdem fragmentum stelae, in qua repraesentatur canis, supra quem titulus.

Α Ι Σ Χ Υ Λ Ο Σ Α Ν

Αἰσχύλος Ἀν-- (nomen patris).

Videtur repraesentatus esse mortui canis amatus ut custos sepulcri. Vix enim praetuleris legere Αἰσχ. ἀν[έθηκε.

633 Argis in domo, quam possidet Νικόλαος Βαρίλας, tabula, in qua supra titulum est regula elata. A. 0,31. l. 0,41. cr. 0,08. — *Exscripsi.*

Ν Ι Κ Ο Ξ Ε Ν Ε	Νικόξενε·
Χ Α Ι Ρ Ε	χαῖρε.

634 Argis in museo fragmentum lapidis calcarii, quod teste Milchhoefero olim iacebat ducentos fere passus a theatro ad orientem versus. Supra servatus est margo excavatus. A. 0,51. l. 0,74. cr. 0,30.

Milchhöfer, *Athen. Mitth.* 4, 1879, p. 156, *e.* (Cophiniotis, Ἱστορία τοῦ Ἄργους I p. 110 n. 520.) — *Exscripsi.*

L · H I L V R I A *vacat*

Ο Π Λ Ι Ο Υ Ι Λ Υ Ρ Ι · ——

vacat

Var. lect. Milchh. graviter errans sic exhibet: vs. 1 /////ΙΗΙΙ . . ΚΙΑ//// || vs. 2 extr. ΟΥ:ΑΥΡΙ ηλίου.

Titulum bilinguem, qui fortasse alterius a. Chr. n. saeculi, certe non recentior mihi visus est saeculo a. Chr. n. ultimo, sic (nomen primum exempli gratia) mihi restituit Mommsen:

Marcia P(ublii)] l(iberta) Hilaria.

Μαρκία Π]οπλίου Ἱλαρί[α.

De patrono Graece mero genetivo nominis designato cf. supra ad n. 76 et infra ad n. 1219/1245. Monstrat restitutio, minimam lapidis latitudinem fuisse circa m. 1,50; fuerit igitur epistylium aediculae sepulcralis, non ut visum est Milchhoefero basis.

635 In latere angustiore lapidis, qui teste Welckero verisimiliter est e sepulcro repertо in domo quadam prope ecclesiam Ἁγία Κυριακή.

Habeo e diario Welckeri, e quo edidit C. Keil, Mus. Rhen. 14, 1859, p. 515. (Prellwitz, *Dialektinschr.* 3311.)

Α Μ Α Τ Η Ρ Α Ν	Ἁ μάτηρ Ἀν[δρομάχα(?)
Π Ρ Ο Κ Λ Ε Ι Δ	Προκλείδ[αν τοῦ δεῖνος.

Sic fere refingendum duxerim.

636 »Argis in ecclesia S. Paraskeues« (ubi frustra quaesivi) Boeckh, C. I. G. 1150 e schedis Fourmonti.

Ε Υ Κ Λ Ε Ι Δ Α . . .	Εὐκλείδα --,
Σ Ω Κ Ρ Α Τ Η	Σωκράτη --·
Χ Ι . . Σ Η / . . Ε	χ[ρη]σ[τέ, χαῖρ]ε.
. . Ι - - - -	

Refinxit Boeckh. »Σωκράτη videtur vocativus esse ut Μενεκράτη [n. 637].«

637 »Argis in vineis« e schedis Fourmonti Boeckh, C. I. G. 1153.

Σ Ω Ν Χ Α Ι Ρ Ε	--σων· χαῖρε.
Μ Ε Ν Ε Κ Ρ Α Τ Η Χ Ρ Η Σ Τ Ε	Μενεκράτη χρηστέ·
Χ Α Ι Ρ Ε	χαῖρε.

638 Stela sepulcralis in officina coriarii.
Ross, *Archäol. Aufsätze* 2, 665. (Le Bas-Foucart, *Voyage archéol.* II 130 *a.* Prellwitz, *Dialektinschr.* 3307.)

ΕΡΑΤΕΙΑΣ — Ἐρατείας.

---

639 Argis in museo anaglyphum marmoreum, a dextra fractum: sedens mulier dextram admovet capiti, sinistra tenet lorum arculae. Titulus in regula supra anaglyphum. A. 0,79. l. 0,39. cr. 0,16.
Milchhöfer, *Athen. Mitth.* 4, 1879, p. 154 n. 504. I. Baunack, Philologus 48, 1889, p. 394 n. 2. Cophiniotis, Ἱστορία τοῦ Ἄργους I p. 106 n. 503. — *Exscripsi.*

ΧΑΡΙΚΩΧ — Χαρικώ· χ[αῖρε.

Baun. cernere sibi visus est Λ, quod supersit e versu superiore (»*obere Randzeile*«).
Titulum crediderim multo recentiorem esse anaglypho, quod quarto fere a. Chr. n. tribuas saeculo.

---

640 In eodem lapide atque n. 620, sed in alio latere et litteris aliter directis.
E schedis Fourmonti Boeckh, C. I. G. 1152 ut huius tituli versus 9. 10. Le Bas-Foucart, *Voyage archéol.* II 133.

ΕΥΚΡΑΤΙΣ . ΥΣΤΡΑ — Εὐκρατὶς [Ε]ὐστρά[του·
ΧΑΙΡΕ — χαῖρε.

Var. lect. Vs. 1 in. ΕΥ omittit Le Bas. Tum ΤΕΟΣ Fourm., ΣΥΣ Le Bas || vs. 2 ‘ . . ΑΙΧΙΑΙΙ - - - Fourm.

Patris nomen restituit Foucart. Nomen prius fortasse scribendum Εὐκράτ[ι]ς.

---

641 *Merbaka* in ecclesiae muro septentrionali stela sepulcralis cum aetomate, in qua repraesentantur vir et mulier stantes. Titulus in regula sub aetomate. A. 1,01. l. 0,56.
Le Bas-Foucart, *Voyage archéol.* II 135 ex apographo Landroni. — *Exscripsi.*
(Lapidum pulchrae ecclesiae Merbacensi inaedificatorum duos oriundos esse e regione Heraei constat testimonio Fourmonti (n. 538. 539), unum ipsius tituli verbis ex Argis (C. I. L. I 595). De nostro, de n. 647, de n. 657 non constat: hos inserui Argivis.)

ΜΑΡΚΟΣΑΝΤΑΛΙΝΙΟΣ — Μᾶρκος Ἀνταλῖνος
ΣΙΛΑΞΙΜΟΣ *vacat* — Σιλ[άσ]ιμος.

Titulum sic exhibet Landron: ΜΑΝΙΟΣΑΝΕΛΛΙΝΙΟΣ
. . . . . ΝΟΣ
Mihi lectio versus prioris certa visa est, alterius difficilis quidem sed vix dubia.

---

642 Argis in museo stela olim inmissa scalis Ἁγίου Κωνσταντίνου, in duas fracta partes, supra et a sinistra mutila. A. 0,85. l. 0,31. cr. 0,15.
Milchhöfer, *Athen. Mitth.* 4, 1879, p. 154 n. 507. I. Baunack, Philologus 48, 1889, p. 395 n. 6. Cophiniotis, Ἱστορία τοῦ Ἄργους I p. 110 n. 516. Cf. Io. Schmidt, *Athen. Mitth.* 6, 1881, p. 357 n. 59. (Prellwitz, *Dialektinschr.* 3303.) — *Exscripsit Fredrich.*

ΡΤΙΑΤΙΑΣΗ — - - - ρτία Ση . . . .
ΑΡΧΑΓΕΤΙΣ — ἀρχαγέτις.

scapulum *clavis*

Recte videtur coniecisse Milchh., lapidem designasse sepulcrum sacerdotis.

---

643 In domo, quam possidebat ὁ στρατηγὸς Τσώκρη, tabula marginata marmorea, in qua anaglypho repraesentatur mulier stans, quae tamquam orans porrigit dextram, et vir armatus cum equo. Titulus in margine inferiore. A. 0,57. l. 0,60.
Ex apographo suo Foucart in explicationibus ad Le Bas, *Voyage archéol.* II 137 *a* litteris minusculis. (Cophiniotis, Ἱστορία τοῦ Ἄργους I p. 116 n. 13.) — *Exscripsi.*

ΠΥΘΟΔΙΚΗΤΑΛΑΟΥ

Πυθοδίκη Ταλάου· [χαῖρε.

Supplementum e spatio veri videtur simillimum, ut notabilis sit mortuae repraesentatae gestus.

---

644 In ecclesia S. Panagiae. — Le Bas, *Voyage archéol.* II 140.

ΑΥΤΙΩ . . ΛΑ . . . — Αὐ[ξ]ι[θία] Λα - -
ΧΡΗΣΤΗΧΑΙΡΕ — χρηστή· χαῖρε.

Tentavi.

---

645 In vico *Plataniti* prope Argos sito ante ecclesiam Panagiae magna tabula lapidis calcarii cum margine elato. Infra fracta. A. 0,80. l. 1,53. cr. 0,29.
Milchhöfer, *Athen. Mitth.* 4, 1879, p. 158 n. 11. Cophiniotis, Ἱστορία τοῦ Ἄργους I p. 115 n. 8. — *Exscripsi.*

ΑΠΟΛΛΩΝΙΧΡΗ Α — Ἀπολλωνὶ χρη[στ]ὰ
ΚΑΙΑΛΥΠΕΧΑΙΡΕ — καὶ ἄλυπε· χαῖρε.
ΑΠΟΛΛΩΝΙΧΑΙΡΕ — Ἀπολλωνί· χαῖρε.

Videntur sepultae esse feminae duae, mater et filia.

---

646 Argis in museo anaglyphum aetomate et acroteriis instructum: puella sedens, in cuius gremio magna avis, quam dextra tangit, cum laevam ad eius rostrum admovet. Adstat serva, dextra tenens lorum arculae. Titulus sub aetomate. A. 0,36. l. 0,25. t. 0,07.
Milchhöfer, *Athen. Mitth.* 4, 1879, p. 154 n. 505. I. Baunack, Philologus 48, 1898, p. 394 n. 4. Cophiniotis, Ἱστορία τοῦ Ἄργους I p. 106 n. 504. — *Contuli.*

ΠΩΛΛΑ — Πώλλα·
ΧΑΙΡΕ — χαῖρε.

---

647 »*Église de Merbaka. Sur une grande stèle à pilastres.*« Ex apographo Landroni Le Bas-Foucart, *Voyage archéol.* II 139. — Haud dubie is est lapis, quem incolae mihi rettulerunt furto abreptum esse ex ecclesiae muro ad orientem spectante, ubi apparent vestigia lapidis olim inmissi.

ΜΑΙΝΙΑΑΒΡΑΧΡΗΣΤΗΧΑΙΡΕ

Μανία Ἄβρα χρηστή· χαῖρε.

Μανία nomen etiam n. 620. Ἄβρα = *Aura* affert Benseler in nominum lexico e Plutarcho, Cic. 26. — De origine lapidis cf. quae adnotavi in lemmate n. 641.

648 Anaglyphum rudissimae artis inmissum muro: vir chlamyde et thorace inductus equitat versus aram, iuxta quam prorumpit aper; adstat palma circumvoluta serpente.

Bursian, *Archäol. Zeitung* 13 (1855) *Anz.* p. 58*. (Le Bas-Foucart, *Voyage archéol.* II 136a. Cophiniotis, *Ἱστορία τοῦ Ἄργους* I p. 115 n. 12.)

ΑΤΕΙΜΗΤΕΗΡΩΝ
ΧΡΗϹΤΕΧΑΙΡΕ

Ἀτείμητε Ἥρω[ς
χρηστέ· χαῖρε.

Vs. 1 scripserunt ἥρων, singularem esse formam vocativi rati de voce q. e. ἥρως.

649 Marmor longum repertum in eadem regione ubi n. 583.

Ross, *Archäol. Aufsätze* 2, 665. Le Bas-Foucart, *Voyage archéol.* II 137. — *Exscripsi ex ectypo* Le Basii parum claro — lapis manifesto erat valde detritus — quantum potui.

Α. ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΗϹ
ΔΙΟϹϹΕΒΑΖΕΙΟΥΤΟΜΝΗΜΑ
ΕΥΑϹΕΝΖΩΝΠΑΠΟΛΛΩΝΙΔΙΩΝΧΑΙΡΕ
ΙΟΝ ΖΗϹΑϹΗΛΙΚΙΑ//ΕΤΕϹΙΤΡΙΑΝΤΑΔΥΩΠΟΛΕΙΤΑΡ
ΡΑΨΩΔΕΧΑΙΡΕΖΗϹΑϹΕΤΗΛ

Var. lect. Vs. 1 in. ΑΙΙΑΠ R., Α.ΛΠ Le B. || vs. 2 in. ΙΡΟϹϹΕΒ R. || vs. 3 in. Ε omittit Le B. Tum et Π, quod satis certum videtur in ectypo, et ΧΑΙΡΕ omittit R. De hac voce video in ectypo Λ/, post quae vestigia detritus videtur lapis || vs. 4 in. ΙΟΝ omittit R. Tum ΚΙ/.ΕΤ Le B. Equidem de priore versus parte in ectypo agnovi haecce: ΙΟΝ....ϹΑϹ ΗΑΙ..Α.ΕΤ || vs. 5 in. ΛΙΑΥΩΔΕ Le B., ΡΑΥϹΕΔΕ R. De sequentibus ΖΗ et Λ non agnovi.

Α[ὐλ.] Ἀπολλωνίδης,
ἱερεὺς] Διὸς Σεβαζείου, τὸ μνῆμα
κατεσκ]εύασεν ζῶν. Πο. Ἀπολλωνίδ(η, Δ)ίων· χαίρε[τε.
– – ων, ζήσασ(α) ἡλικία[ς] ἔτεσι τριάντα δύω. Πολείταρ[χ]ι
– – – α ῥαψῳδέ, χαῖρε, ζήσας ἔτη λ'.

Vs. 3 Ἀπολλωνίδ(ο)ν, χαῖρε scribere vult C. Keil (sed obstat praenomen), Ἀπολλωνιδίων, χαῖρε Fouc. Conieci lapicidam, qui scribere vellet nomina duo, aberravisse de Δ priore ad alterum. — Vs. 4 cum videatur constare de terminatione ον, scripsi ζήσασ(α). Tum notanda forma neo-graeca τριάντα. — Sub fine scripsi Πολείταρ[χ]ι, Fouc. Πολείτα. — Vs. 5 vix dubium ῥαψῳδέ.

650 Argis in museo stela lapidis calcarii rubescentis. A. 0,65. l. 0,27. cr. 0,15.

Milchhöfer, *Athen. Mitth.* 4, 1879, p. 156, *f.* I. Baunack, Philologus 48, 1889, p. 395 n. 5. Cophiniotis, *Ἱστορία τοῦ Ἄργους* I p. 111 n. 521. — *Exscripsit Fredrich.*

ΛΕΩΝΑ
ΧΑΙΡΕ

Λεωνᾶ·
χαῖρε.

651 In ecclesia Panagiae ea — sunt duae —, quae est in ascensu arcis, exscripsit Ross in diario a. 1833 et edidit Inscr. Graec. ined. I 56. Le Bas-Foucart, *Voyage archéol.* II 136. — *Exscripsi* ex ectypo Le Basii. (Lapidem frustra quaesiveram.)

ΥΤΥΧΕ
ΧΑΙΡΕ
ΧΑΙΡΕΚΕϹΥ

Ε]ὔτυχε·
χαῖρε.
Χαῖρε καὶ σύ.

Colloquium esse inter viatorem et mortuum intellexit Ross.

652 Cophiniotis, *Ἱστορία τοῦ Ἄργους* I p. 117 n. 22.

«Ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ ἰατροῦ Π. Κούζη ὑπάρχει ἐπιτύμβιος πλὰξ ἄνευ ἀναγλύφου μετὰ ἀετώματος, κάτωθεν τοῦ ὁποίου εἶναι ἡ ἐπιγραφή

Τρίανθος.»

653 Le Bas, *Voyage archéol.* II 141 ex apographo Landroni. (Kirchhoff, C. I. G. IV 9300.)

ΕΥΠΟΡΑΔΙ
ΩΝΕΙΡΗΝΗ
ϹΟΙΚΟΙΝΤΕ

Εὐ[μ]ο[ί]ρ[ει], Δί-
ων· εἰρήνη
σοι, Κόϊντε.

Restituit Kirchhoff, addens: «Primi versus verba si recte correximus, epitaphium habebimus sepulcri, quod dici solet, bisomi, Dionis et Quinti».

6. VARIA ET INCERTA.

654 Sub statua (Fauvel) sive protoma (Prossalendi) marmorea, cum aliis monumentis effossa Argis prope theatrum a. 1810 a Veli Pascha, Moreae praefecto, qui ea vendidit Friderico domino North, comiti Guilford.

Fauvel in Millini *Magasin encyclopédique* a. XVI (1811), 2, p. 141 (inde Dodwell, *Classical tour* 2, 217 et Boeckh, C. I. G. 1146). Memorat Stella Doria Prossalendi, *Giornale dell' Italiana letteratura* (Padovae 1811) t. 28 p. 88. (Welcker, *Kleine Schriften* 3, 485. Raoul-Rochette, *Lettre à Mr. Schorn* p. 234 n. 75. Brunn, *Griech. Künstler* 1, 558. Löwy, *Inschr. griech. Bildhauer* 436.)

ΑΤΤΑΛΟΣΑΝΔΡΑΓΑΘΟΥ

Ἄτταλος Ἀνδραγάθου.

Fauvel unum testatur verbum Ἄτταλος; Pross. refert sculptum esse »*il nome di Attalo d'Andragato, celebre scultore Ateniese*«, in quibus ethnici designationem recte iam suspicatus est Welcker fluxisse e Pausania 2, 19, 3: Ἀργείοις -- ἐστὶν Ἀπόλλωνος ἱερὸν Λυκίου. τὸ μὲν οὖν ἄγαλμα τὸ ἐφ' ἡμῶν Ἀττάλου ποίημα ἦν Ἀθηναίου. Prossalendio non nuntiatum esse — ipse enim non vidit monumentum — in titulo fuisse ἐποίησε sive tale quid, inde est manifestum, quod ambigit, utrum imago confecta sit ab Attalo quodam an eum repraesentet. Titulus igitur certo non indicabat artificem sed eum, cuius imago expressa erat.

---

655 Lapis quadratus marmoreus a Veli Pascha inventus in eadem effossione atque n. 654 itemque venditus Friderico domino North.

Apographum ignoti sibi missum Stella Doria Prossalendi tradidit Mauromatio Corcyraeo, e cuius lectione litteris minusculis ille edidit *Giornale dell' Italiana letteratura* (Padovae 1811) t. 28 p. 90. 93. (Boeckh, C. I. G. 1147. Welcker, Specimen epigr. I 18. Kaibel, Epigr. Graeca 1109.)

Φθέγγεται, ἠρεμέει, γελάει μόνον· καὶ τάχα δώσει
τῷδε λίθῳ ψυχάν. μορφᾶ τόσον δύναται.

Exhibui titulum qualem eum scripsit Boeckh; Mauromatius priora usque ad μόνον interrogative acceperat et diviserat τὸν δέ, ad quod Boeckh: »ferri nequit. Malim τῷδε«. Sed sic quoque sensu cassa sunt verba laborantque gravissimis vitiis metricis; breviter igitur rem expedivit Kaibel: »mihi ... ab homine recentissimo eodemque imperitissimo fictum videtur«. Sed de effossione, in qua inventus esse perhibetur lapis, constat etiam e relatione Fauvelii (cf. lemma praecedens) et diserte venditus esse refertur, ut necessario si fictus esset titulus, adulteratus esset non in charta sed in lapide, idque in Peloponneso anno 1810, quod nemo est qui credere possit. Non igitur abicienda est inscriptio sed emendanda, in quo negotio si tenes, in exemplo edito non disiuncta esse servata a suppletis, lucrandum mihi videtur carmen non inlepidum:

Φθέγγεται, ἠρεμέει, γελάει. μ[ί]μ[ε]ι καὶ τάχα δώσει
τα[ι]δε λίθωι ψυχὰν Μο[ῖ]ρα· τόσον δύναται.

Laudatum erat sub statua, varium videri longius intuenti eius habitum (ut re vera fieri potest in bonis imaginibus): »*nunc loquitur, nunc quieta auscultat, nunc ridet; si expectaveris, vita eam praeditum iri videbis a Parca: tanta enim eius est potestas*«. Vs. 1 cum id quod erat in lapide: ΜΕΝΕ lectum esset μόνο, falso supplemento vox est effecta. — Vs. 2 descriptum erat ΜΟ ΡΑ s. ΜΟΙΙΑ.

656 Argis in area ante museum basis lapidis calcarii; in summo latere profunda excavatio paene aequat baseos latitudinem. A. 0,26. l. 0,56. cr. 0,56. — *Exscripsi.*

ΥΠΕΡΜΗΣΤΡΑ

Ὑπερμήστρα.

Basis tulit signum filiae Danai. Nomen item sine Ny scriptum est in patera vitrea musei Coloniae Agrippinae (vide Kamp, *Archäol. Zeitung* 34, 1876, p. 203); de Κλυταιμήστρα cf. Kretschmer, *Griech. Vaseninschriften* 166 sq.

---

657 *Merbaka* in pulchrae ecclesiae muro septentrionali tabula marmorea, a. 0,82. l. 0,73. Cf. lemma n. 641.

Exscripsit Ross in diario a. 1833, edidit Inscr. ined. I 58. Rangabé, *Antiquités Helléniques* 2, 1231. E schedis Welckeri C. Keil, Mus. Rhen. 14, 1859, p. 515. Le Bas, *Voyage archéol.* II 112, cuius exemplo correctiones ex ectypo addidit Foucart. (Löwy, *Inschriften griech. Bildhauer* 261.) — *Exscripsi.*

ΞΕΝΟΦΙΛΟΣΚΑΙΣΤΡΑΤΩΝ
ΑΡΓΕΙΟΙΕΠΟΙΗΣΑΝ

Ξενόφιλος καὶ Στράτων
Ἀργεῖοι ἐποίησαν.

De aetate tituli cf. quae adnotavimus ad n. 489. In Rossii exemplo edito moneo formas litterarum parum accurate esse redditas, melius in diario.

Statuas Aesculapii et Hygieae factas a sculptoribus nostris, quae Argis essent in fano dei, in summo honore fuisse testis est Pausanias 2, 23, 4.

---

658 E schedis Fourmonti Boeckh, C. I. G. 1143.

ΤΥΧΑ
....ΑΙΝΟΥΚΑΙΦΙΛΑΙΝΙΣΕΥΣ
...ΘΕΝΕΛΑΙΠΙΤΟΥΣ---
...ΑΠΟΛΛΩΝΙΤΟΙ--
.ΝΙΤ ΔΥΚΕ --
ΕΣΠΟΙΟΥΝΤ --
ΕΑΥΤ ---

Ἀγαθᾶ[ι] τύχα.
Ὁ δεῖνα --]μένου καὶ Φιλαινὶς Εὐ[θ--
-- οἴκο]θεν ἔλαπ[ον] τοὺς -----
--- Ἀπόλλωνι τοῖ [Λυκείοι ---
Ἀπόλλω]νι τ[οῖ Λ]υκε[ίοι -----
---- ἐπποιοῦντ]ες ------
--- ἑαυτ- --------

Recte dicit Boeckh aliquid legari Apollini; certo quidem a coniugibus, itaque vs. 3 scripsi ἔλαπ[ον]. Boeckh dubitanter dedit ἔλιπε. — Vs. 2 de οἴκοθεν, quod conieci, cf. ad n. 672. — Vs. 4 et 5 restitui; de Apolline Lycio Argis culto vide quae adnotavi ad n. 557. Dativum τοῖ retinui propter n. 558 vs. 14 συνόδοι.

659 Argis in domo, quam possidebat ὁ στρατηγὸς Δημήτριος Τσάκρ., basis rotunda lapidis calcarii, fracta ad dextram et infra, ubi tamen servatus est tituli finis. A: 0,54. diametros 0,27. — *Exscripsi.*



Τύχ[η τῇ ἀγαθῇ.

Θεοὺς μεγάλο[υς μαρτύρομαι(?) - - -
Μητρὶ Θεῶν τὸ [- - - - ἐν τῷ κα-(?)
λουμένῳ Ἀργε[ίοις - - - - - - - -
ἱερεὺς διὰ βίου κ[ατασταθεὶς ὑπὸ τοῦ κοι-(?)
νοῦ τῶν μυστῶ[ν - - - - - -
μενος τῆς [- - - - - - - ἀ-
γορᾶς τῆς - - - - - - - - -
τ- - - - - - - - - - - -
- - - - - α - - - - - - - -
- - - - - - - - - - - - - -
- - - τ]οῦτο ἐν - - - - - - -
καὶ ἐφί(?)]ημι τοῖς θ[εοῖς (θ]ιασώταις)(?)
τοῦ τεμένους μυστ- - - - - -
σαις τοῖς διηνεκῶς - - - - - -
θρησκείας τοῖς θεο[ῖς - - - -
αὐτῶν κτήσεως καὶ - - - - -
κύριαι ἃς ἐξεχώρη[σα - - - - -
οὐδὲν ὀφείλουσιν [- - - - οὔτε
ὁ κῆπος οὔτε ἡ οἰ]κία - - κατ' οὐ-
δένα τρόπ[ον.
Εὐτυ[χ]είτω τὸ σύσ[τημα(?).

Instrumentum quo fundus, cuius partes erant hortus et domus (vs. 20), donatur thiaso mystarum (vs. 6. 14), qui praeter magnam Matrem (vs. 2), ut videtur, alia etiam venerabatur numina (vs. 16). Sacerdotio perpetuo fungebatur donator (vs. 5). Vs. 22 τὸ σύστημα videtur significare thiasum.

660 «Fragment copié par M. Trézel sur une pierre encastrée dans l'un des murs intérieurs de la caserne à Argos.» *Expédition de Morée* II p. 105 n. 9 et Le Bas, *Inscriptions recueillies par la commission de Morée* 3, p. 227 n. 62.

ΡΠΟΥΣΤΟΙΣ
ΩΣΔΕΟΣ ΟΣΔ
ΟL ΕΩΛΗΣ Α
ΗΣΤΕΝΟΙΤΟΙΑΡΗ
5 ΛΑΣΠΑΜΦΥΔ

κακοῦ[ρ(γ)]ους τοὺς (vel το[ὺ]ς)
ως δίος [τ]άπ[α(?)
- ο ἐ[ξ]ώλης
- ης [γ]ένοιτο ἱαρ[ε - (s. [π]αρ' ἡ(μῶ)
5 φυ]λᾶς Πανφυ[λῶν.

Restitui quantum potui. Vix dubium, quin fuerit devotio.

661 Fragmentum lateris. — Le Bas-Foucart, *Voyage archéol.* II 115.

ΕΠΙΑΓΟΡΑ
ΑΡΙΣΤΟΚΡΑ

Ἐπὶ ἀγορα[νόμου]
Ἀριστοκρά[τευς.

Supplevit Foucart. Idem nomen eponymi (munere non indicato) in ansis amphorarum Rhodiarum: Inscr. Graec. ins. I 1097; Inscr. Pergamen. 918. 919.

662 Argis in muro domus cuiusdam. Marginum, quos obiter indicat Ross, sinister ut videtur erat incolumis.

Ross in diario anni 1833.

Μ / Υ ΝΕ
ΩΤΑΠΡΟΒΑΤΑΜΗ
ΝΟΙΦΛΕΙΤΩΠΕΝΤΗ
ΣΟΝΤΩΔΕ.ΤΟ.ΙΑ
5 ΡΑΙΣΩΝΚΑΙΤΟΙ
ΞΕΝΙΚΑΙΘ...ΤΙΩ

- - - - - - - -
- ω τὰ πρόβατα μη -
- ν ὀ(φ)λείτω πεντή[κοντα δραχμὰς
διαπρα]ξόντω δὲ περ[ὶ δ]α[μιοργοί(?)
5 χ]ραίζων καὶ τοι - -
- ξενικ[ῶ]ι Θ . . . τιω.

663 Argis in museo tabula marmorea; margo servatus ad sinistram et supra. A. 0,16. l. 0,23. cr. 0,03. — *Exscripsi.*



- - η τ(ν, γ)η - -
εν Λυχνίδ[ιος μετὰ γυ-
ναικὸς αὐτ[οῦ Ὀνη-
σίμης. ΡΧ

754 *»Fragment du bas d'un décret, avec trois couronnes au dessous; quelques lettres seulement sont lisibles.«* Repertum in ruinis aediculae Hagii Nicolai sitae in fundo, cuius possessor Dimitri Paschos. (Lapides huic aediculae olim inmissi ei, qui non soluti paredro traditi sunt ab inventore Legrandio, praeter unum a. 1896 denuo erant obruti.)

Legrand, *Bull. de corr. Hell.* 17, 1893, p. 110 n. XXIX. — *Exscripsi ex ectypo* Legrandii.

- - - - - - -
- - - - - - -
Οἱ] ἐ[κ](κ) το[ῦ γυ-
μνασίου
τοῦ Ἱππολυ-
τ[εί]ου.

Varia lectio Legrandi. Versuum duorum primorum residua non indicata || vs. 3 ΕΙΚΤΟΥ || vs. 4 in. Μ omissum in exemplo edito Legr. agnovit a. 1899 atque conspicuum est in ectypo || vs. 6 omissum.

Duae erant scripturae inferioris partes interiecto spatio vacuo.

Si contuleris titulos Aegineticos n. 43. 45. 46, vix dubitabis, quin decreto (de quo nihil reliquum praeter umbras litterarum) subscripta fuerint collegia honorantia tria. Memorabile est gymnasium denominatum ab Hippolyto Troezeniorum heroe. Titulus videtur fere saeculi tertii a. Chr. n. exeuntis.

755 Fragmentum stelae marmoreae, cuius margo dexter est servatus (non recte Legrand: *»incomplet de tous les côtés«*), olim in aedicula ruinosa sita in fundo, quam possidet Dimitri Paschos, nunc apud paredrum.

Legrand, *Bull. de corr. Hell.* 17, 1893, p. 110 n. XXVIII. — *Exscripsit Fredrich*; contuli.

- - - - - - - - - - - - - - - -
- - - - - - - - - - - - - - - - χρείας
τὰς μεγίστας παρέχεται τῶι δάμωι τῶ]ι Τροζανίων·
ἔδοξε ταῖς συναρχίαις καὶ τῶι δάμω]ι· ἐπαινῆσαι
τὸν δεῖνα τοῦ δεῖνος καὶ στ]εφανῶσαι χρυσέωι
στεφάνωι ἀπὸ δραχμῶν ἑκατ]όν, εἶμεν δὲ καὶ αὐτῶι
καὶ τοῖς ἐκγόνοις αὐτοῦ] καὶ γᾶς ἔγκτησιν καὶ
οἰκίας παρεπιδαμοῦντι ἐν τῶ]ι δάμωι τῶι Τροζα[νί-
ων. τὸ δὲ δόγμα τόδε τοὺς ταμί]ας ἀνθέμεν ἐν σ[τά-
λαι γεγραμμένον ἐν τῶι ἱερῶι το]ῦ Ἀπόλλωνος τ[οῦ
Θεαρίου. .... εἶπ]ε.

Sic haec refingi possunt. Titulus fuerit tertii a. Chr. n. saeculi. — Vs. 5 Epsilon exaratum erat sine linea directa.

756 Stela marmorea, fracta infra et ad sinistram, reperta prope aediculam Hagii Iannis, nunc apud paredrum. Versus tres primos scripti sunt in cymatiis. A. 0,20. l. 0,19. cr. 0,06.

Legrand, *Bull. de corr. Hell.* 17, 1893, p. 107 n. XXVI. — *Exscripsit Fredrich*; contuli.

Θ]εοί.
Τροζ]ανίων πρόξε[νοι
καὶ] εὐεργέτ[αι.
Πύθο]δον ποησαμένου Δορκύλου τοῦ Δα[μο-
στρά]του, ὅπως δοθῆ προξενία ὑπὸ τᾶς πό-
λιος Ἀ[ν]δροκλεῖ καὶ Μένωνι τοῖς Μενεδά-
μου Πο]λυρρ(η)νίοις· ἀγαθᾶι τύχαι· δεδόχ-
θαι ταῖς σ]υναρχίαις καὶ τῶι δάμωι ἐπαινέ-
σαι Ἀνδρο]κλῆ καὶ Μένωνα τοὺς Μενεδάμου
Πολυρρην]ίους ἐπί τε τᾶι εὐνοίαι καὶ καλοκἀγα-
θίαι ἃς ἔχοντ]ες διατελοῦντι εἴς τε τὰ[ν
πόλιν τὰν ἁμὰν] καὶ τῶν πολιτᾶν τοῖς
χρείαν τινὰ ἔχου]σιν αὐτῶν καὶ τοὺς ἁλόν-
τας τῶν ἁμετέρων] πολιτᾶν ἐν τῶι πολέ-
μωι ὃν ἦσαν ......]ιοι ποτὶ Κρηταεῖς ἐ-
λύτρωσαν τριῶν ταλάν(?)]των. εἶμεν δὲ αὐ-
τοὺς καὶ προξένους κα]ὶ εὐεργέτας τᾶ[ς
πόλιος, αὐτοὺς καὶ ἐκγόν]ους αὐτῶν, ὑπά-
ρχειν δὲ αὐτοῖς κατὰ τὰν πόλ(?)]ιν ἀσφάλεια[ν
καὶ ἀσυλίαν καὶ πολέμου κ]αὶ εἰράνα[ς
καὶ γᾶς καὶ οἰκίας ἔγκτη]σιν κα[ὶ
- - - - - - - - - - - -

In bello contra Cretenses gesto capti erant cives Troezenii (vs. 13 sq.), id factum esse potest, ut intellexit Legrand, cum Nabis tyrannus et urbes Argivas possidebat et Cretenses (cf. adnotata ad n. 497); facile enim tum Troezenii ad defendendam Cretam deduci esse possunt. Certe ad eam aetatem quadrat litteratura.

757 Athenis in museo stela lapidis albi, ante multos annos reperta Damalae in agro. A. 0,90. l. 0,58. cr. 0,10. Scriptura in lateribus duobus collocata valde est detrita, maxime in latere antico (*A*), in cuius parte laeva paene nihil conspicuum; in summa parte utrumque latus laesum, maxime posticum (*B*). Imus lapis reliquo angustior est et ut terrae immittatur rudis. In latere postico in media scriptura foramina quadrata duo, ut lapidem ad alium usum conformatum esse appareat.

Mylonas, *Bull. de corr. Hell.* 10, 1886, tab. X; p. 136 et 335. (I. Baunack, *Studien auf dem Gebiete des Griechischen* etc. I 1, 163. Prellwitz, *Dialektinschr.* 3364.) — *Contulit* et uberrime de singulis rettulit *Prott.*



B

Var. lect. Additamenta, quibus Prottio contigit Mylonae lectionem quamvis sollertem amplificare, non enumero; reliquarum Mylonae discrepantiarum eas tantum affero, quae alicuius momenti esse videntur.

A vs. 1 e delineatione Mylonae videntur in fine deesse litterae fere 9, sed re vera desunt circa 12 | vs. 3 sub fine ΕΥΤΕ. Littera ante Τ, quod et Tau fuisse potest et Zeta, erat aut Υ aut Χ || vs. 5 post magnam lacunam Μ Φ, sed veri multo similius erat ΝΦ. Extr. ΤΑΝΣΩ || vs. 14 extr. ΤΩΝΑΧΑ. Litterae Chi et sequentis Alpha nil nisi umbras superesse ait Prott || vs. 22 ΧΕΔΙΑ. Post Ε certum esse Lambda testatur Prott, ultimo loco fuisse aut Α aut Λ, non Δ || vs. 24 ΟΣΕΝΤΟ || vs. 29 ΕΝΤΑΚ.

B vs. 1 extr. ΚΑΙΤΟΥΑΙ Myl., quod contra ipsam imaginem transscribit κα[τὰ] τὸ [ψ]ά[φισμα. Non Υ fuisse censet Prott, deinde fortasse ται || vs. 6 ΤΟΚΟΙΠΟΙΣ || vs. 7 extr. ΛΙΣ || vs. 8 in. Κ addidit Prott (ut cadat Mylonae supplementum πατρώ[ταις) || vs. 9 in. ΤΟΝΤ || vs. 12 extr. ΤΙΑΣΤΑΚ ΝΤΑ || vs. 14 in. ΚΑΙ. Kappa non fuisse diserte adnotat Prott. Sub fine ΡΕΡΙΑ....ΚΑ || vs. 16 extr. Ρ ΑΟΙ || vs. 19 in. ΠΛ Σ || vs. 24 in. ΦΙΛΩ. Delta multo verisimilius iudice Prottio || vs. 26 in. ΑΝΤΑ || vs. 27 in. ΣΚΑ.....ΡΙΣ..ΟΥ. Tum ΜΕΝΤΑ ΤΑ || vs. 28 ΑΦΙΟ. Utrum Alpha sit an Lambda incertum esse ait Prott. — In fine ΓΝΙΙ, quod supplet Γν[ίσιππος || vs. 29 ΝΙΚ. ΝΙΚ. — Tum ΑΞΟΣ; Prottio videtur scripsisse lapicida ΟΥ, quod conatus esset corrigere in ΟΣ || vs. 31 in. ΤΟΙΣΕΔΟ. Prottio multo verisimilius est aut Λ aut Α quam Δ || vs. 32 extr. pro Ο dat ΣΟΣ Myl. vs. 33 post διοικοδο- testatur Prott certo non secutum esse Μ (Ν Myl.), sed Ο s. Δ, quod antiquitus inceptum esset corrigi || vs. 35 ΜΦΟΥ certum esse testatur Prott (certe voluit lapicida quod dat Myl. ΟΤ) || vs. 36 extr. ΤΡΑΞΟΣΚΑΑ || vs. 37 ΑΡΙΣΤΩΝΑΤΑΝ || vs. 40 ΟΝΥ....ΔΕΟΥ || vs. 41 in. ΑΙΜΑΧ; ΑΙ certum esse testatur Prott || vs. 42 ΕΙΑΙ, tum nihil usque ad ΑΝΗ.

A

- - - - - - - - περὶ [τ]ο[ῦ .... ψαφίσασ]θαι τὸν δᾶμον περ[ὶ ....
.α... εἶπον [ποεῖν τὰ συ]μφέ[ρ]οντα .... χαρίσασθαι τὰν ἐκκλ[ησίαν ......
.ατιαν ἔς τε τὰ[ν - - - - - - - - ἐ]πικυ(ρ)ε καὶ τοὺ[ς] ταμί[ας ....
παραμο[νεί]νο - - - - - - - - - - τὰ χωρία ἐψαφισσ[α ....
..τα - - - - - - - - - - - - - τ[ὰ]ν φα[μ]αν καὶ τὰν κοι[νὰν συντρίαν
- - - - - - - - - - - - - - νομο(?)]θέτας τοὺς αἱρημένο[υς ....
- - - - - - - - - - - - - - οἱ καὶ οἱ αἱρημένοι ὑπὸ τ[ᾶς πόλι-
ος - - - - - - - - - - - - - -]ας κατὰ τὸν νόμον κατ[ὰ ......
- - - - - - - - - - - - - εἰσ]φέρε[ν ὑ]πὲρ τῶν νῦν ἐψ[αφισ-
μένων - - - - - - - - - - - - καθάπερ] ἁ βουλὰ εἶπε.

Ἔδοξε τοῖς - - - - - - - - - - - - δόμε]ν τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῖ[ς πάν-
τα - - - - καθὰ - - - - - - - εἶ]π[ε· ἀνήνικε Εὔξενο[ς ...
- -. Ἔδοξε τοῖς - - - - - - - τὰ κοινὰ [τὰ δόμεν ἐς τὸν διατει[χισ-
μὸν καὶ ἐς τὰν σωτηρίαν τᾶς πόλιος, καθὰ ἔδοξε] τῶι κοινῶι τῶν Ἀ[χ]α[ιῶν·
ἀνήνικε - -. Ἔδοξε τοῖς - δόμεν ἐς τὰν σωτηρίαν τ[ᾶς πόλιος τὰ κοι[νεῖ]α [τὰ
ὑπάρχοντα αὐτοῖς πάντα - - - - - -· ἀνήνικε - - Νικ[ασι]μένου[ς. Ἔδ]ο[ξε
τοῖς - - - - δόμεν - - - - - - τὰ ὑπάρχον]τα αὐτοῖς ἐς τὸ[ν] δ[ια-
τειχισ]μὸ[ν καὶ τὰν σωτηρίαν τᾶς πόλιος, καθὰ ἔδοξε τῶι δά]μωι· [ἀ]νήνικε Στα.....
- -. Ἔδοξε τοῖς - - δόμεν κατὰ τὸ ψάφισμα τᾶς πόλ]ιος ἐς τὸν διατειχ[ισ]μ[ὸν
- - - - - - - - - - - - - -· ἀνήνικε - - -. Ἔδ]ο[ξ]ε τοῖς Ὀρεσθηί[δαις
- - - - - - - - - - - - - δόμεν ἐς τὸν δια]τειχισμὸν καθὰ ἁ [πόλις
ἀξιοῖ - - - - - - - - - - - -· ἀνήνικε - -]τιμος Χελία .....
Ἔδοξε τοῖς - - - - - - - - δόμεν τᾶι πόλει τὰ ὑπάρχο]ντα αὐτοῖς καθὰ ὁ [δᾶ-
μος ἀξιοῖ· ἀνήνικε - - -. Ἔδοξε - - - - - - - - - Θε]ο[γ]νήτου, Ὀ...
- -ω[ο]ς Καλλία ..
- - - - - - - - - - - - - - - - - - -. Ἔδοξε τοῖς -ε]ῦτι δόμεν ...
- - - - - - - - - - - - - - -· ἀνήνικε - -ατ[ι]ος (s. -ατος) Εὐ[α]γγέ[λ]α.
Ἔδοξε - - - - - - - - - - - - - - δόμεν ἐς τὸν δια]τειχισμὸν τᾶ[ς πό-
λιος -]ίων τὰ κτήματα
- - - - - - - - - - - - - - - - - - - καθὰ ἔ]δο[ξε] τῶι δάμ[ωι·
ἀνήνικε - - -. Ἔδοξε - - - - - - - - - - - - -]μν τὰ χωρία τὰ
ὑπάρχοντα αὐτοῖς ἐς τὰν σωτηρίαν καὶ ἐς τὸν διατειχισμὸν τᾶς πόλ]ιος καθὰ ἔδο[ξε
τῶι κοινῶι τῶν Ἀχαιῶν· ἀνήνικε - - - - - - -. Ἔδ]ο[ξ]ε τῶι κώμαι [τ]ῶ[ν
- - - δόμεν - - - - - - - - - - - - ἐς τὰν σωτηρία]ν καὶ τὸν διατε[ι-
χισμὸν τᾶς πόλιος καθὰ ἔδοξε τῶι δάμωι· ἀνήνικε - -.] Ἔδοξε τᾶι κώμ[αι
τῶν - - - - - - - - - - δόμεν ἐς τὰν σωτηρίαν καὶ ἐς] τὸν διατειχισμό-
ν τᾶς πόλιος - - - - - - - - - -· ἀνήνικε - - Ν[ικ[ων]ίδεος. Ἔδοξε
- - - δόμεν - - - - - - - - - - - - - καθὰ ἀ]ξιοῖ ἁ πόλις· [ἀν-
ήνικε - -. Ἔδοξε τοῖς - - - - - - - - - - - - - -]α..αν τὰν κοινά[ν
δόμεν - - - - - - - - - - - - - - - -· ἀνήνικε] [Με]νεκλῆς Λιτχ..
- -. Ἔδοξε τοῖς - - - - - - - - - τὰν οὐσίαν τὰν] ὑπάρχουσαν αὐ[τ-
τοῖς πᾶσαν δόμεν - - - - - - - - - - - - - - ἐς τὰν] διοικοδόμησ[ιν
- - - - - - - - - - - - - - - - - - -· ἀνήνικε] Φρασισθένης Μ.
- -. Ἔδοξε τοῖς - - - - - - - - τὸ ὑπάρχον α]ὐτοῖς κοι[νε]ῖον ε..
- - - - - - - - - - - - - - -· ἀνήνικε - - -]κλῆς [τοῦ δεῖνος.

B

- - - - - - - - - - - - τᾶι δάμ]ωι καὶ τοῦ α- - - - - - - - - - - -
Ἔδοξε τοῖς .... δ]όμεν τᾶι πόλει τὰ κοινεῖα πάντα τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῖς ἐς τὰν
σωτηρίαν καὶ τὸν δ]ιατει[χι]σμὸν κατὰ τὸ ψάφισμα τοῦ δ[ά]μο[υ· ἀνήνικε ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος.
Ἔδοξε τοῖς ....] δόμεν [τ]ὰ κοι[ν]εῖα [τ]ὰ ὑπάρχο]ντ[α] αὐτοῖς πάντα [τᾶι πόλει

ἐς τὰν σωτηρίαν καὶ τὸν δ[ιατειχισμὸν κατὰ [τ]ὸ ψ[ά]φισμα τοῦ δάμου· ἀπ[έγρ]αψε Τιμίας Λ[υτί]ου. Ἔδοξε τοῖς πατριώτα[ις τοῖς πε[ρ]ὶ Πο[λύμ]νασσον δόμεν τὸ χωρ[ίο]ν (τ)ὸ [π]οὶ τοῖς μνά[μασιν] αὐτ[ῶν ἐς τὰν σωτηρίαν καὶ ἐ]ς τὸν διατειχισμὸν καθὰ ἔδοξε τῶι δάμ[ωι]· ἀνήνικε Ἀγλαοκρά[της Κ]λει[σθένεος(?). Ἔδοξε τοῖς θυά]σταις Σωκράτει, Εὐρυτίδαι, Καλλίαι, Νικολ[α]ί[δ]αι, Ἀσκλαπιοδώρ[ωι, ε (vel Ε)........................ἐοντο[ν ὄντ]α αὐτοῖς ἐν τῶι κοινῶι ἐς τὸν διατε[ι]χι[σ]μὸν τᾶς πόλιο[ς ἐ]πὶ σω[τηρί]αν καθὰ ἔδοξε τ]ῶι δάμωι· ἀνήνικε Ἀσκλαπιόδωρος Ἀσκλαπι[ά]δα. Ἔδοξε [τ]οῖς τ[ε]λεσταῖ[ς τᾶς Μεγάλας Ματρὸ]ς δόμεν τὰν οἰκίαν ἐς τὸν διατειχισμὸν [τ]ᾶς πόλιος καθὰ ἔδ[οξ]ε [τ]ῶι δά[μωι· ἀνήνι]κε Φιλόνικος Πραξία. Ἔδ[ο]ξε τοῖς πατριώταις τοῖς Γεραιστιασταῖς [δόμε]ν τὰ ὑπάρχοντ]α εἰς τὰν σωτηρίαν καὶ τὸν διατειχισμὸν τᾶς πόλιος· ἀνήνικε Ἀλκάδη[ς ....]του. Οἱ θυάστ]αι τᾶς Ἀφροδίτας τᾶς ἐν Βάσσαις διδοντι τὸ χωρίον τὸ [π]οὶ τῶι ἱερῶι, οἱ περὶ Λ[ύτ]ωνα .. .., τᾶι πόλει ἐς τὸν [δ]ιατειχ[ισ]μόν· ἀνήνικε Λῦσις Ἀριστοκλ[έ]ος. Οἱ πατριῶται ο[ἱ περ]ὶ [Αἰ]σχιμ[ένορα(?) δί]δοντι τὸ [χω]ρίον τὸ ὑπάρχ[ο]ν αὐτοῖς ἐς τὸν διατειχισμὸ[ν] τᾶι πόλει· ἀνή[νικε Ἥ]ρ[ων] Χο.... Ἔδοξ]ε τοῖς πατριώταις τοῖς π[ερ]ὶ [τ]ὸν Πραξιτέλη καὶ Ἀγησικλέα ...... δ[όμεν τὰ] χωρ[ία τὰ ὑπ]άρχοντα αὐτοῖ[ς κ]οινᾶι εἰς τὸν διατειχισμὸν τᾶς πόλιος [κ]αθὰ ὁ [δ]ᾶμος ἀ[ξιοῖ· ἀνήνι]κε Ν[ικετίδα]ς Θεοπόμπου. Ἔδοξε [τ]οῖς Κηπεῖδαις δόμεν τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῖς [πάντα ἐς τὸν διατ]ειχισμὸν καθὰ ὁ δᾶμος ἀξιοῖ· ἀνήνικε Λαφάης Νικάρχου. Ἔδοξε τοῖς πατ[ριώταις τοῖς ἐγκτ]ημένοις Ἀρκάσι δόμεν τὰν γᾶν τὰν ἔσσαν αὐτοῖς κοινὰν ἐς τὸν διατειχ]ισμὸν τᾶς πόλ]ι[ος· ἀ]νήνικε Πάντις Καλλιμαχίδας, Νίκα[νδρ]ος Πεισικράτεος. [Ἔ]δοξε τοῖς Πα[.......... δόμ]ε[ν τ]ὰ κοινὰ τὰ [ὑπ]άρχοντα αὐτοῖς ἐς [τ]ὸν διατειχισμὸν τᾶς [π]όλιος καθὰ ὁ [δᾶμος ἀξιοῖ· ἀνήνι]κε Φιλωνί[δα]ς Νε[ολο]δάμου. Ἔδοξε τοῖς Σκυλλαιεῦσι δόμεν τ[ὰ κ]οινὰ τὰ ὑ[πάρχοντα αὐτοῖς ἐς τ]ὸν διατ[ειχισ]μὸν τ[ᾶς] πόλιος καθὰ [ἀξ]ιοῖ ὁ δᾶμος· ἀνήνικε Χα[ρ]τικλείδας [τοῦ δεῖνος. Ἔδοξε τοῖς πατ]ριώτα[ις (τοῖς) περὶ Λ]υσίμ[α]χον τὰ χωρία τὰ ἐν Ἀλθέπαι δόμεν ἐς τὰ[ν] σωτηρία[ν τᾶς πόλιος· ἀνήνικε Ξι(?)]ος Κ[άρ]ο[υ. Ἔδοξ]ε τοῖς θυάσταις τοῖς περὶ Λύκ[ω]να δόμεν τὰ [ἱε]ρὰ τὰ κοινὰ ἐς τὰν σωτηρίαν τᾶς πό]λιος· [ἀ]ν[ή]νικε Λ[ύκω]ν Ἀ]λφιοδώρου. Ἔδοξε τοῖς πατρι[ώτ]αις τοῖς περὶ Γνίφ[ωνα δόμεν τὰν οἰκίαν τᾶι πό]λ[ε]ι [ἐς τὰν σωτηρίαν· ἀν]ήνικ[ε] Γνίφ[ω]ν Νικοκλέο(ς). Ἔδοξε [τ]ῶν [Ἀ]μ(φ)ικλο[ν] το[ῖς ....un δόμ[εν τὰ ὄντα αὐτ]οῖς τᾶι [π]ό[λ]ει [ἐς] τὸν διατειχ[ι]σμόν· ἀνή[νικ]ε Τρί[τυ]λ[λος .....]. Ἔδοξ[ε] τοῖς Ελ.........οις τὰ ἱερὰ δόμ[ε]ν τὰ αὐτῶν [ἐ]ς τὰν σωτ[η]ρίαν τᾶς πόλιο[ς καθὰ] ὁ [δᾶμος ἀ]ξιοῖ· ἀνήνικε ......]ας Εὐξένου. Ἔδο[ξ]ε τοῖς Πανταίδαις τοῖς [πε]ρὶ Ποίμαρχον κ[α]ὶ Α....ο.. .τ....... τὰ κοινὰ τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῖς δόμεν ἐς τὸν διοικοδό[μα]σ[ιν] κ[αὶ σωτη]ρία[ν τ]ᾶς πό[λιος κ[α]θὰ] ἀξιοῖ ἁ πόλ[ις]· ἀνήνικε [Ἀρίσ]ταρχος Ἀριστο[ν]ίκου. Ἔδ[ο]ξε τ[ο]ῖς πατρ[ιώτα]ις τ[οῖς περ[ὶ .... καὶ Ἀ]μφιο(τ)έρων [τ]ὰ κτήματα τὰ κοινὰ [τ]ὰ ὑπάρχοντα αὐ[τ]ο[ῖ]ς δόμεν ἐς τὸν δ]ιατειχισμὸν καὶ τὰν σ]ωτηρίαν [τ]ᾶς πόλιος καθὰ ἀξιοῖ ἁ [π]όλις· ἀνήνι[κ]ε [Μ]νασ[ί]στρατος Καλ(λ)ι[στ]ρά[του. Ἔδοξε τοῖς πα]τριώταις τοῖς περὶ Ἀρίστωνα τὸν Κοιῶ, Φρουράδαν Ἀρι[στ]αίχμου, Δα.. .... δόμεν τ]ὰν ο[ὐσί]αν τὰν ὑπάρχουσ[α]ν αὐτοῖς κοινὰν ἐς τὸν δια[τειχισ]μόν· ἀνή[νικε .... Ἔδο]ξε τοῖς θυάσταις τοῖς περὶ Σῶνο[ν καὶ] Εὔβουλον δόμ[ε]ν [τὰ ὑπ]άρχοντ[α αὐτ]οῖ[ς ἐς τὰν σωτηρίαν] τᾶς πόλιος καθ[ὰ ἀ]ξιοῖ ἁ πόλις· ἀν[ήνι]κε Αἶθις Ὀνασ[ικλ]έος. Ἔδοξ[ε τοῖς] π[ατριώταις τ]οῖς Αἰμαχίοις δόμεν ἐς τὸν διατειχ[ισ]μὸν καὶ τὰν σωτηρίαν τᾶς πόλ[ιος ....] σ....ε (vel ξ)μαν (vel κ).τ (vel γ)κε· [ἀ]νήνικαν ἀδελφ[ο]ὶ Κλεινίδα[ς] Κλεισθένεος, Κλε- - - - - - - - - - -.

In tituli gravissimi latere antico (inde a versu undecimo) et in toto latere postico referuntur decreta patriotarum, vicorum (κῶμαι *A* vs. 33. 35; cf. etiam *B* vs. 24), thiasorum (*B* vs. 10 sq. 14), fortasse etiam gentium (*B* vs. 19. 32) de omnibus suis profundendis pro patria servanda et munienda. Quae decreta icta esse dicuntur e populi scito sive postulatione (καθὰ ἔδοξε τᾶι πόλει, κατὰ τὸ ψάφισμα τοῦ δάμου, καθὰ ἁ πόλις ἀξιοῖ), *A* vs. 14, ubi de supplemento dubitari nequit, e decreto foederis Achaeorum, item *A* vs. 33 (de supplemento v. infra). Acta haec esse putat Mylonas, antequam Cleomenes victis Achaeis anno 225 a. Chr. n. Troezena occupavisset, quod probari ab editoribus posterioribus mireris, nam tantum abest, ut tum contentione ea heroica, de qua relatum est titulo nostro, usi sint Troezenii, ut vix eos restitisse appareat e verbis Plutarchi, Cleomenes 19: ὁ δὲ Κλεομένης ἐκ τοῦ Ἄργους ἐπελθὼν καὶ προσαγαγόμενος Τροιζηνίους, Ἐπιδαυρίους, Ἑρμιονέας ἧκεν εἰς Κόρινθον. Accedit quod litteraturae indoles manifesto non est saeculi tertii sed alterius; eadem fere est atque tituli Epidaurii n. 894 (cf. praeterea quae adnotavi ad *B* vs. 24. 27 et 28). En lege testimonium Polybii 39, 8 de ultimo studio, ad quod anno 146 a. Chr. n. urbes foederis Achaici stimulare contigit Diaeo praetori: ἔγραφε ταῖς πόλεσι πάσαις --, ἐπαγγελίας ποιεῖσθαι συνηνάγκαζε καὶ κατ' ἰδίαν εἰσφέρειν τοὺς εὐπόρους, οὐ μόνον τοὺς ἄνδρας ἀλλὰ καὶ τὰς γυναῖκας ---. οἱ μὲν ἄνδρες εἰσφέρειν ἠναγκάζοντο παρὰ τὴν αὑτῶν προαίρεσιν ὅ τι ποτ᾽ ἔχειν δόξειαν, αἱ δὲ γυναῖκες ἀφαιρούμεναι σφῶν αὐτῶν καὶ τῶν ἰδίων τέκνων τὸν κόσμον. His verbis plane respondet titulus: continet ἐπαγγελίας, professiones collationum, quas secundum decretum urbis incitatae a foederis praesidibus sibi imposuerunt collegia Troezenia.

A

Vs. 1—10 continebant decretum populi, quo collegia possessiones suas patriae immolare iubebantur. — In versu tertio nescio quomodo ΙΣΠΕΥΤΕ expediri possit, nisi sumamus Σ scriptum fuisse pro Sigma, de quarum litterarum confusione cf. Blass, *Aussprache des Griechischen* 119. — Vs. 12 ἀνήνικε, quod post unumquodque decretum redit sequente nomine proprio, interpretare: »*tradidit urbi bona concessa*«. — Vs. 13 (et alias) τὰ κοινὰ (vs. 44 τὸ κοινόν) = communia collegii bona. — Vs. 33 paene certa est restitutio τᾶι κοινᾶι τῶν Ἀχαιῶν (cf. vs. 14), nam si scriptum fuisset τῶι δάμωι, nomina duo posita ante ἀνήνικε fuissent plus triginta litterarum; singuli enim versus lateris *A* erant plus sexaginta litterarum. — Vs. 42 (et *B* vs. 33) ἐς τὰν διοικοδόμησιν »*ad munimenta*«. Apte laudat Baunack Diodor. 13, 58 (Σελινούντιοι) κατὰ τὰς εἰσβολὰς τῶν στενωπῶν ἀθρόοι συνίσταντο καὶ τὰς μὲν ὁδοὺς διοικοδομοῦντες ἐπεχείρησαν, τοὺς δὲ πολεμίους ἐπὶ πολὺν χρόνον ἠμύνοντο. Substantivum διοικοδόμησις novum.

B

Vs. 5 extr. Λ[υσθαί]ου Myl. — Vs. 6 (τ)ὸ ποὶ errorem lapicidae agnovit Prott. Valet Mylonae explicatio: ipsum sepulcretum sibi proprium donavit phratria. — Vs. 7 extr. supplevi nomina. — Vs. 8 θυά]σταις supplevit Prott e versibus 27 et 39. Vocabulum apparet non esse nomen collegii, sed appellativum, manifesto derivatum a θυάζω, ut interpretandum sit »mystae« s. »thiasotae«. — Vs. 9 inter thiasi bona communia erant sodalium certorum possessiones peculiares: cogitari potest collegium eis oppigneravisse partem fundi communis pro pecunia mutua. — Vs. 11 supplevit Myl. — Vs. 12 Γεραιστιασταῖς legendum esse intellexit Prott: nomen ductum est a Neptuni epiclesi Troezenia Γεραίστιος, de qua vide Preller-Robert, *Mythologie* 578 adn. 2. — Vs. 13. 18 nota εἰς his solis locis adhibitum pro ἐς. — Vs. 14 θυάσ]ται probabiliter Prott; item agnovit Λ[ύτ]ωνα. Omisit lapicida collocare οἱ περὶ Λυτ., ubi debebat: post Βάσσαις, quo errore mox cognito falso loco inseruit verba. — Vs. 15 extr. ante Μ satis certum est Χ teste Prottio; supplevi igitur nomen ad spatium aptum. — Vs. 16 conieci Ἥ]-

ε[ων. — Vs. 17 mireris et mulierem praefuisse phratriae et taceri nomen eius; vidua esse et fungi quasi vice virorum duorum quibus alteri post alterum nupserit videtur Mylonae. — Vs. 18/19 Ν[ι]κοτί]λης restituit Prott. — Vs. 20 sub fine post Y videtur Prottio esse punctum non fortuitum. Fuerit interpunctio. — Vs. 20/21 conieci ἐπτ[ε]υ]μένος (cf. Inscr. Pergamen. 249, 18). — Vs. 22 Καλλιμαχίδαις notanda designatio patris patronymica (cf. vs. 42). Post ΠΑ spatium modo est litterarum quattuordecim s. quindecim, ut πα[τρώντας τοῖς -- non fuisse appareat. — Vs. 24 Φιδωνίδας pro Φειδωνίδας arguit haec scripta non esse ante saeculum alterum; cf. ad vs. 27. 28. Tum supplevi Νι[κο]δώρου. — Σκυλλαιεῖς incolae promunturii Troezenii Σκύλλαιον dicti. — Vs. 26 aut τοῖς aut περί omissum erat a lapicida. — ἐν Ἀλθέφαις regio, ut vidit Myl., denominata a Neptuni filio, rege Troezeniorum, qui Ἄλθηπος audit apud Paus. 2, 30, 5. — Vs. 27 Χῖ[ος sive nomen aliud perbreve. Tum recte agnovisse mihi videor Κάρου (Rho litterarum omnium verisimillimam esse rogatus confirmavit Prott), nomine autem Romano ante saeculum a. Chr. n. alterum Graecos usos esse non credibile. Neque vix antea dicebant Ἀ]λφειοδώρου, quod restitui vs. 28, pro Ἀλφειοδώρου; vide Blass, *Aussprache des Griechischen* 58. — Vs. 29 Ἀ]μ(φ)ιων scripsi; lineam post My utrimque eminere testatur Prott, sicut fieri solet in Phi, sed omissum esse circulum. — Vs. 30 conieci Τρίτυλλος. — Vs. 36 restitui utrumque nomen proprium, vs. 40 Ὀνο[μακ]λέος. — Vs. 42 ἐθελοντάνοι recte indicavit Myl. idem esse atque ταμίας. — Κλεισθίνεος patronymicum esse (cf. vs. 22) intellexit Baunack.

758 Damalae olim in fundamento Hagii Georgii, nunc apud paredrum fragmentum tabulae marmoreae, cuius margo superior servatus. A. 0,65. l. 0,30. cr. 0,07.

Legrand, *Bull. de corr. Hell.* 17, 1893, p. 110 n. XXX. — *Exscripsit Fredrich.*

ΥΧΗΙ
ΓΕΥΜΕΝΟϹ·ΕΙϹΙΩΝΤΕΙΜΟΘΕΟ
ΙΝΠΑΤΡΙΔΑΑΕΙΚΑΘΕΚΑϹΤΗΝ
ΑΙΝΕΤΟΕΝΑΝΧΟϹΤΕΤΩΝΟΔΩ
ΚΤΑΙΑΝΕΠΙΔΗΜΙΑΝΤΟΥΜΕΓΙ
ΟϹΚΑΙΑΝΑΛΩΜΑΤΟϹΔΕΟΜΕΝΩΝ
ΑΝΟΔΟϹΕΠΙΠΛΕΙϹΤΟΝΟϹΟΝΒΑ
ΕΚΤΟΥΙΔΙΟΥΑΝΑΛΩΜΑΤΟϹΚΑΤ
ΑΤΑϹΚΑΙΠΟΡΕΥϹΙΜΑϹΟΧΗΜΑϹΙΝ
ΕΑΡΧΟΥϹΙΝΚΑΙΤΑΙϹϹΥΝΕΔΡΗΑΙϹ
ΑΙΤΟΝΑΝΔΡΑΚΑΙΤΟΥΤΩΤΩΨΗΦ
ΟΤΕΙΜΙΑΚΑΙΥΠΕΡΤΩΝΑΛΛΩΝΠΟΛΕ
ΕΙΜΑϹΑΠΟΔΟΘΗΝΑΙΑΥΤΩΑΙΡΕΘΕΝΤ
ΝΤΩΝΤΟΥΤΩΤΕΑΥΤΩΚΑΙΠΑϹΙΤ
ΕΝΤΕΤΑΙϹΤΕΙΜΑΙϹΑΥΤΟΥΚΑΙΤΗΝ
ΑΙΑΙΡΕΘΗϹΑΝΥΠΟΤΩΝΑΡΧΟΝΤΩΝ
ΑΥΔΙΑΝΟϹ·ΑΠΕΛΛΗϹϹΩϹΙΒΙΟΥ·ΘΕΟ
ϹΥΓΕΙΝΟΥ·ΔΙΟΓΝΗΤΟϹΑΠΟΛΛΩΝΙΔ
ΜΗΝΑΡΙϹΤΟΒΟΥΛΟϹΑΡΙϹΤΟΒΟΥΛΟ
ΠΟΙΟΥϹΑΗΠΟΛΙϹΗΜΩΝΟΥΜΟΝΟΝ
ΑΥΤΗΝΕΠΑΙΝΟΥϹΑΚΑΙΤΕΙΜΩϹΑ
ΑΙΟΥϹΚΑΙΦΙΛΟΤΕΙΜΟΥϹΑΝΔΡΑϹΘ
ΝΕΚΑΤΩΝΑΛΛΩΝΑΠΑΝΤΩΝΩϹΑ
ΑΙΜΕΓΙϹΤΑΗΑΝΑΛΩϹΟΝΤΟϹΕΙϹΤ
ϹΠΟΥΔΗΝϹΠΟΥΔΑϹΟΝΤΟϹΥΠΕΡ
ΝΑΠΟΛΑΥϹΑΙΜΕΓΙϹΤΗΝΗΔΟΝΗ
ΑΥΤΑΤΕΙΜΗΚΑΙΜΟΝΗΚΑΙΤΕΚ
ΚΑΤΑΔΙΑΔΟΧΗΝΤΩΓΕΝΕΙΚΑΡ
ΔΗΚΑΙΕΙϹΙΩΝΙΤΕΙΜΟΘΕΟΥΤΑϹΥ
ΟΥϹΑΤΩΝΠΟΛΕΙΤΕΥΜΑΤΩΝ
ΜΗΘΗΦΑΝΑΡΟΝΕΡΓΩΠΟΙΗϹ
ΝΕΤΑΙΤΩΝΕΥΠΟΙΟΥΝΤΩΝ
ΝΑΛΩΜΑΤΩΝΚΑΙΡΟΝΤΗ
ΕΡΙΑΥΤΗΝϹΠΟΥΔΗϹΑΛ
ΤΕΥΠΟΙΟΥϹΑΤΟΥϹΕΙϹ
ΘΟΥΜΟΝΟΝΕΠΑΙΝ
ΚΑΙΓΡΑΜΜΑ

Ἀγαθῆι τ[ύχηι.
Καλῶς πεπολει]τευμένος Εἰσίων Τιμοθέ[ου καὶ
προθύμως εἰς τὴ]ν πατρίδα ἀεὶ καθ᾽ ἑκάστην [χρεί-
αν καὶ πάλαι ἐφ]αίνετο ἔνοχός τε, τῶν ὁδῶ[ν σπου-
δῆς κατὰ τὴν ε]ὐκταίαν ἐπιδημίαν τοῦ μεγί[στου
αὐτοκράτορ]ος καὶ ἀναλώματος δεομένω[ν, τὰς
κατὰ τὴν χώρ]αν ὁδὸς ἐπὶ πλεῖστον ὅσον β[ατὰς
οὐκέτι οὔσας] ἐκ τοῦ ἰδίου ἀναλώματος κατε[σκευ-
άσας λειοτ]άτας καὶ πορευσίμας ὀχήμασιν· [διὸ
ἔδοξε τοῖς τ[ε ἄρχουσιν καὶ ταῖς συνεδρίαις [καὶ
ἐπαινεθῆν]αι τὸν ἄνδρα καὶ τούτῳ τῷ ψηφ[ίσμα-
τι διὰ τοῦτ]ο τείμια καὶ ὑπὲρ τῶν ἄλλων πολ[ιτευ-
μάτων ἅμα τ]ειμὰς ἀποδοθῆναι αὐτῷ, αἱρεθέ[ντων τῶν
αὐτὰς δηλού]ντων τούτῳ τε αὐτῷ καὶ πᾶσι τ[οῖς ἄλ-
λοις, προπέμψ]αι τε ταῖς τειμαῖς αὐτοῦ καὶ τὴν δ[ὲ τὴν
ἀναγραφήν. κ]αὶ αἱρέθησαν ὑπὸ τῶν ἀρχόντων [καὶ
συνεδρίων Κλ]αυδιανός, Ἀπελλῆς Σωσιβίου, Θεο....
...., ...ς Ὑγείνου, Διόγνητος Ἀπολλωνίδ[ου, ..
...., Φιλοποί]μην, Ἀριστόβουλος Ἀριστοβούλο[υ.
Δήλη ἐστὶν οὖ]ν ποιοῦσα ἡ πόλις ἡμῶν οὐ μόνον [ἄλ-
λους ἀλλὰ καὶ] αὐτήν, ἐπαινοῦσα καὶ τιμῶσα [καὶ
τούς τε δικ]αίους καὶ φιλοτείμους ἄνδρας· ἕ[καστος
γὰρ τούτων ἔχαιρε τῶν ἄλλων ἁπάντων, ὡς ἂ[ν τοῦ
πλεῖστα κ]αὶ μέγιστα ἢ ἀναλώσαντος εἰς τ[ὴν πα-
τρίδα ἢ καὶ] σπουδὴν σπουδάσαντος ὑπὲρ [τῶν
πολιτῶ]ν ἀπολ[α]ῦσαι μεγίστην ἡδονὴ[ν εἰδό-
τος τῇ διὰ τ[αῦτα τειμῇ καὶ μόνῃ καὶ τέκ[νοις
αὐτοῦ καὶ] κατὰ διαδοχὴν τῷ γένει κα[ρπὸν φε-
ρούσῃ. ἐπειδὴ καὶ Εἰσίωνι Τιμοθέου τὰς ὑ[περτά-
τας ὀφειλ]ουσα τῶν πολιτευμάτω[ν χάρι-
τας ἐνεθυ]μήθη φανερὸν ἔργῳ ποιῆ[σαι ὅτι
οὐ λανθ]άνεται τῶν εὖ ποιούντων [κατὰ
τὸν τῶν ἀ]ναλωμάτων καιρὸν τῆ[ς τε δειχ-
θείσης π]ερὶ αὐτὴν σπουδῆς, ἀλλ[ὰ τιμᾶν ἐπί-
σταται ἀν]τευποιοῦσα τοὺς εἰς [αὐτὴν καλοὺς
κἀγαθούς], οὐ μόνον ἐπαιν[οῦσα αὐτοὺς ἐν
τοῖς λόγοις] καὶ γράμμα[σιν, ἀλλὰ καὶ --

Var. lect. Extra marginem posui, quae lecta a Legrandio nunc perierunt. — Vs. 2 in. Legrand ϹΕΥ, porro ΘΕΙΜΟ vs. 21 in. ΑΥΤΗϹ vs. 29 extr. ΤΑϹΤ.

Sententias certe restituisse mihi videor decreti hoc nomine memorabilis, quod manifesto viri creantur ad comparandam declamationem laudativam (vs. 13 sq.), quae lapidi inscribatur (vs. 20 sq.).

Vs. 5 sq. τοῦ αὐτοκράτορος, Hadriani scilicet. — Vs. 7 τὰς ὁδὸς vide Ahrens, De dial. 2, 172. — Vs. 16 αἱρέθησαν sine augmento; cf. Ahrens 299. — Vs. 31 φανερόν. De α a Doriensibus pro ε posito vide Ahrens 113 sq. — Vs. 32 Ny correctum ex Alpha.

759 Fragmentum marmoreum repertum in aedicula Hagiae Sotirae, nunc in area proedri. In latere averso sculpta est rosa, ut lapis aut ante aut post titulum incisum aliter adhibitus esse videatur. A. 0,12. l. 0,11. cr. 0,04.

Legrand, *Bull. de corr. Hell.* 17, 1893, p. 97 n. XV. — *Exscripsi.*



Ἐπὶ] στρατη[γῶν
Κλ]αυδίου Τιμ-
ανθύπατος
οὕτω παλαι[ι-
-ν καὶ πόρους
συ]ντελοῦντα[ς (s. -τῇ)
μεγί(?)]στων (s. -ς τῶν) ἐν

Varia lectio Legrandii. Vs. 2 extr. ΙΑ || vs. 7 in. omittit C.
Promulgatum videtur a magistratu urbano edictum proconsulis.

2. DEDICATIONES.

760 Stela reperta in ecclesia ruinosa Palaeo-Episcopi, nunc in domo, quam prope Damalam possidet Stauros Tsamados, olim classi praefectus. A. 0,58. l. 0,31. cr. 0,29.

Legrand, *Bull. de corr. Hell.* 17, 1893, p. 86. (I. Baunack, *Indogermanische Forschungen* 4, 1894, p. 188 sq. Röhl, Imagines inscr.[3] p. 35 n. 5. Danielsson, *Eranos*, acta philol. Suecana 2, 1897, 23. Michel, *Recueil d'inscr. Grecques* 841. Dittenberger, Sylloge[2] 792.) Cf. Dragumis, Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. 1893, p. 100. — *Exscripsi* et confeci ectypum. Imago reddit quartam verae magnitudinis partem.

Legrand, cui a. 1899 denuo lapidem contigit examinare, insigni liberalitate mihi per litteras rettulit de curis suis secundis, quas gaudeo lectionem effecisse cum mea plane fere congruentem, ut iam firmiore fundamento uti possint lectores, quam qui coniecturis et explicationibus antea titulum tentaverunt. — Vs. 7 in. edidit Legrand >Ω, transscribens quidem ad hanc lectionem non aptum ζων. Revera ante Ω cernitur fere >, sed mihi videbantur laesiones fortuitae, quales oriri consentaneum est in lapide molli; Legrand autem 1899: »*je crois voir maintenant* Ι«. — Vs. 8 in. edidit Ⲁ; 1899: »*je crois voir* Ⱶ«. — Vs. 8 extr. edidit ΛΛΙΩΣ, supplens ad Sigma lineas haud dubie casu ortas in loco detrito; 1899: »*il faut renoncer à lire un mot finissant en* Σ«. — Vs. 9 extr. edidit ΕΡΙΛΛΙ; 1899: »*la dernière lettre était* Ε«, quod certissimum.

Εὐθυμίδας
ἀνέθηκε,
ἅ κα πεᾶν
ποὶ τὸν θεὸν
ἰεῖ(ι) λευσάμε-
νος δαῖτας χρή-
ιζ[ων.
Θυσίαν
Ἡρακλεῖ, Ἀλῶ[ι
ἰδόντα [ἐ]παινῆ
εἰκόν.

Secundum litteraturam titulus recentior saeculo ineunte quinto esse non potest, ut litterae Η et Ω adhibitae explicari cum Legrandio, cui adstipulatur Dittenberger, nequeant e scriptura Ionica vixdum recepta. Neque maiore iure conici possit a serioris aetatis lapidario speciem antiquitatis esse affectatam, nam ne dicam eo consilio vitandas fuisse litteras Ionicas non vel falsis locis inculcandas, lapidem contemplato litterae non valde profunde quidem insculptae talis suspicionis ansam non praebent. Putandus igitur est lapicida notitiam quidem habuisse orthographiae Pari, Thasi, Siphni adhibitae eamque, ut captant homines peregrina, imitari studuisse (cf. titulum n. 355), sed non semper bene rem confecisse. Debebat enim pro ΘεΟν vs. 4 scribere ΘεΩν, pro ἈλῶΩι vs. 8 ἈλίΟι, pro εἰΩνόν vs. 10 εἰΟνόν. Vs. 6 δαΘεναι scripsit e more Ionico, vs. 3 Η et vs. 8 Θ adhibuit ut spiritum (in finibus versuum 6 et 9 incertum utrum Ε fuerit an Θ).

Euthymidas postquam oraculum quoddam adiit lapidi inscribenda curavit et interrogationem suam (vs. 1—7) et responsum (vs. 7—10). Parum accurate pro aoristo vs. 6.7 posuit praesens χρήζων. Quod quaesitus est sermo et colore quodam poetico imbutus (δαῆναι, Θυσάμεν), non dedecet argumentum; oraculum in metri similitudinem est conformatum.

Vs. 4 pro ⊕ primum lineam directam videtur exaravisse lapicida et tum correxisse. — Vs. 5 ΙΩΙΕΙ lectio certa. — Vs. 7 nihil scriptum erat post ΕΝ atque quae coniecerunt Danielss. Θυσάμεν[ον], Dittenb. Θυσάμεν[ος] patet vel repugnare spatio. — Vs. 8 de Hercule apud Troezenios cf. Paus. 2, 31, 10. 2, 32, 4. — Ἀλῶ[ι (pro quo ἥρῳ mira est Baunackii coniectura) assecutum esse divinando magnae laudi dandum est Dittenbergero — consensum fere tulerat Dragumis inventum λαοῖς —, sed ne credas ab eo pendere lectionem meam, refero lineae transversae certa vestigia in prima vocis littera me vidisse et in lapide et in ectypo; multo quidem minus certum esse Iota, sed id non monitum ex ectypo designavisse Maximilianum Lübkeium, virum in hoc negotio probatissimum linguaeque Graecae plane ignarum. Possis quidem ἁλίου (Ω = ου) »in sole« sive

»interdiu«, qui genetivus non minus recte se haberet quam αἰθρίας, γαλήνης et vel in pedestri oratione apud Thucydidem 3, 23 ἀπηλιώτου; sed cum teste Pausania 2, 31, 5 inde a quinti saeculi initiis Solem coluerint Troezenii (Ἡλίου δὲ Ἐλευθερίου καὶ σφόδρα ἐοικότι λόγῳ δοκοῦσί μοι ποιῆσαι βωμὸν ἐκφυγόντες δουλείαν ἀπὸ Ξέρξου τε καὶ Περσῶν), de Ἀλίῳ vix est dubitandum. Psilosis est legitima: vide Alcman. Papyr. Col. II 7 ὑπ' ἅλιον, C. I. G. Sept. III 880 (Corcyra) ὑπ' ἀλίῳ (quae exempla deprompsi e Blass-Kühner, *Ausführliche Grammatik* I 110); Atticum est ἥλιος, vide Wachsmuth, *Die Stadt Athen* 2, 361. In asyndeto non est offensio; persaepe dedicationes Epidauri in urbe Troezeniis vicina oblatae sunt Ἀπόλλωνι, Ἀσκλαπιῷ. — Vs. 9 in fine recte restituisse mihi videor ἐ]πιαλῆ e glossa Hesychii ἐπιαλές· τερπνόν, ut sensus sit »si videris avem faustam«. Potuerit ἐπιαλής derivari a ἐπιάλλω (sicut ἐπισφαλής a ἐπισφάλλω), ut proprie sit »missum« sc. a diis. Recte se habet accusativi terminatio contracta; cf. Ἀνδροκλῆ n. 756 vs. 9.

761 Damalae in area paredri fragmentum lapidis calcarii de summa parte stelae cymatio instructae, repertum teste Legrandio anno 1890 in medio ascensu arcis in aggere (»*terrasse*«) prope locum templi plane deleti. In parte antica titulus *A*, in latere ad dextram contiguo *B*, uno tempore exarati. A. 0,18. l. 0,20. cr. nunc 0,10. — *Exscripsi.*



- - - νικος Μισ[θ - - (s. forma aliqua de μισθόω).
Ἀθά]ναι.

Videbatur mihi quinti a. Chr. n. saeculi. *B* fuerit carmen. — De Minerva praeter Neptunum Troezeniis numine principali vide Paus. 2, 30, 6; eius imagine signati sunt haud pauci urbis nummi, cf. *Greek coins in the Brit. Mus.*, *Pelop.* 165 sq.

762 Lapis marmoreus extractus e ruinis Ἁγίας Σωτείρας. A. 0,20. l. circa 0,70. Apographum et ectypum misit Legrand.

- - ω]ν Νική[του.

Saeculi quarti.

763 Basis quadrata, quae olim erat pro mensa sacra in aedicula Hagii Georgii, ante quam nunc iacet. A. 0,46. l. 0,64. cr. 0,43.
Legrand, *Bull. de corr. Hell.* 17, 1893, p. 93 n. V. — *Exscripsi.*

ΑΡΙΣΤΟΝΙΚΑ	Ἀριστονίκα
ΤΕΛΛΙΑ	Τελλία
ΑΡΤΑΜΙΤΙ	Ἀρτάμιτι.

Saeculi quarti. — Duo Dianae templa Troezenia novimus e Pausania: 2, 31 in. ἐν τῇ ἀγορᾷ ναὸς καὶ ἀγάλματα Ἀρτέμιδός ἐστι Σωτείρας et 2, 31, 4 πλησίον δὲ τοῦ θεάτρου Λυκείας ναὸν Ἀρτέμιδος ἐποίησεν Ἱππόλυτος.

764 Basis marmorea in muro antico ecclesiae Hagii Iannis, a porta ad dextram. A. 0,25. l. 0,87.
Legrand, *Bull. de corr. Hell.* 17, 1893, p. 94 n. X. (Michel, *Recueil d'inscr. Grecques* 1072.) — *Exscripsi.*

ΤΟΙΑΥΤΟΙΔΑΜΙΟΡΓΟΙΚΑΙΠΡΥΤΑΝΙΕΣΤΑΙΗΡΩΣΣΑΙΜΕΑΝΕΘΗΚΑΝ
ΑΝΔΡΟΒΙΟΣΝΙΚΙΟΣ ΠΑΤΡΩΝΠΑΤΡΟΚΛΕΟΣ
ΣΑΜΑΓΟΡΑΣΣΑΜΟΥ ΔΕΡΙΑΣΣΤΟΜΑ
ΤΙΜΟΚΛΗΣΞΕΝΟΦΩΝΟΣ ΤΙΜΟΚΡΑΤΗΣΑΡΙΣΤΟΚΡΑΤΕΟΣ
5 ΠΑΣΙΧΑΡΗΣΠΑΓΧΑΡΙΝΟΥ ΕΥΔΙΚΟ.ΣΘΕΣΣΑΛΟΥ
ΑΡΙΣΤΟΔΙΚΟΣΕΠΑΙΝΕΤΟΥ ΔΑΜΟΤΕΛΗΣΠΑΤΡΕΑ
ΑΓΗΣΙΚΡΑΤΗΣΜΝΑΣΙΑ ΑΙΝΗΣΙΔΑ ΑΙΝΕΑ
ΦΙΛΩΝΙΔΑΣΛΥΚΕΑ ΠΑΤΡ ΛΙ

Varia lectio Legrandii. Vs. 1 ΗΡΩΙΣΣΑΙ || vs. 6 ΑΡΙΣΤΟΒΟΥΛΟΣ || vs. 7 col. II in. ΑΙΝΕΣ. Omnes hos errores ipse correxit Legr., cum a. 1899 lapidem denuo inspexit.

Τοὶ αὐτοὶ δαμιοργοὶ καὶ πρυτάνιες ταῖ ἡρώσσαι με ἀνέθηκαν.
Ἀνδρόβιος Νικίος — Πάτρων Πατροκλέος
Σαμαγόρας Σάμου — Δερίας Στόμα
Τιμοκλῆς Ξενοφῶνος — Τιμοκράτης Ἀριστοκράτεος
5 Πασιχάρης Παγχαρίνου — Εὔδικος Θεσσαλοῦ
Ἀριστόδικος Ἐπαινέτου — Δαμοτέλης Πατρέα
Ἀγησικράτης Μνασία — Αἰνησίδα[μος] Αἰνέα
Φιλωνίδας Λυκέα — Πατρ[οκ]λ[ῆς τοῦ δεῖνος.

Saeculi quarti. Versus ei, qui continent catalogum nominum (2 sq.), inter se στοιχηδόν sunt ordinati, nisi quod in columna altera versus quartus (Τιμοκρ.) urgente spatio paulo angustius est scriptus. Ἡρώσσαι, in quo notabile est omissum Iota mutum, editor prior recte videtur interpretari »*Phaedrae*«. Τοὶ αὐτοὶ κτλ. (vs. 1) indicat collocatum fuisse donarium iuxta alterum, quod homines iidem alii dedicavissent numini, dixeris Hippolyto, de cuius cultu Troezene vigente vide Paus. 2, 32, 1. Cf. n. 873.

765 »*Sur une grande base, déterrée près de Hagios Iannis.*« Litterae a. 0,03.
Legrand, *Bull. de corr. Hell.* 17, 1893, p. 93 n. IX. — *Exscripsi ex ectypo* comiter misso a Legrandio.

ΓΙΧΑΣΑΓΑ — Τύ]χας ἀγα[θᾶς.

Quarti a. Chr. n. saeculi. Initium ΕΥΧ ediderat Legr., de qua lectione nunc valde se dubitare mihi scripsit, enotasse se ante lapidem ΓΥΧ, fortasse fuisse ΤΥΧ, quod equidem certum duco. Manifesto est ara, cui numen, ut persaepe Epidauri, inscriptum est casu genetivo.

766 Basis anno 1899 effossa a Legrandio in horto quodam infra turrem antiquam in dextra rivi molarum ripa. Conformata erat in speciem graduum trium, quorum summo continenti titulum imposita erat statua, ut monstratur magna excavatione, qua superne est instructus. Summus gradus a. 0,35. l. 0,76. cr. 0,69; graduum duorum reliquorum pone eum repertorum mensurae sunt: alterius altitudo 0,27, longitudo 0,90, crassitudo 0,85; alterius altitudo incerta, longitudo 1,06, crassitudo 1,01.

Benigne Legrand mihi misit apographum et ectypum, e quo designata est imago ad quintam verae magnitudinis partem redacta.

Ἀλέξ(?)]ανδρος Κλέα
ἱ]αρεὺς γενόμενος
Ἀπόλλωνι.
Κηφισόδοτος Πραξιτέλεος ἐποίησε.

Pulchra litteratura certa ratione tribui potest vergenti quarto a. Chr. n. saeculo, ut sculptorem constet fuisse clarissimi Praxitelis filium. De statuae habitu Legrand diserte adnotat nihil elucere e lapidis latere summo. Tam venuste disposita est scriptura, ut certum sit deesse initio litteras quinque; proposui nomen tritissimum, fuisse quidem possunt etiam Ἀγήσανδρος, Ἀνάξανδρος, alia. Manifesto dedicans sacerdos erat ipsius Apollinis, quem Troezene in summo honore fuisse testatur Pausanias 2, 31, 6. 2, 32, 2.

767 Parisiis in museo *Louvre* dicto stela lapidis duri, superne fracta, ornata anaglypho paulum elato artis mediocris: miles dextram clipeo imponens stat ante deam corona indutam; inter eos est anguis. Titulus supra anaglyphum scriptus est litteris valde diductis. A. 0,62. l. (in anaglyphi parte inferiore) 0,24. cr. 0,12. Reperta dicitur »*Magoula, Argolide*«, quod referre non possum nisi in colles dictos Μικρὰ et Μεγάλη Μαγούλα sitos in planitie Troezenia; cf. Miliarakis, Γεωγραφία Ἀργολίδος p. 195.

Héron de Villefosse et Michon, *Musée du Louvre: acquisitions de l'année 1898*, p. 3 n. 19. Mihi *descripsit Haussoullier* et misit ectypum.



[Ὁ δεῖνα Ἀπο-
λ]λω[ν]ί[ου
ἀνέθηκ[ε.

Verisimiliter restituit Haussoullier.

768 Fragmentum repertum a. 1899 a Legrandio eodem loco quo n. 761. L. 0,25. cr. 0,07. — Legrandio debeo apographum et ectypum, e quo *exscripsi*.



Ἥ]ρωος
Κλαικοφόρ[ου.

Ara fuisse credenda est; de genetivo nominis divini cf. n. 765. Tribuenda est tertio a. Chr. n. saeculo. Eadem fere aetate heroi eidem dedicata est ara Epidauria n. 1300; ὁ Κλαικοφόρος audit in titulo Messenio *Athen. Mitth.* 16, 1891, p. 353, qui teste Wilhelmo circa initia saeculi tertii est exaratus. De nomine cf. Usener, *Götternamen* p. 265.

769 Lapis quadratus, qui tegebat basim, ad dextram fractus, olim in ecclesia S. Georgii, nunc apud paredrum. In latere summo est foramen ad inmittendum donarium. A. 0,07. l. 0,26. cr. 0,23.

Legrand, *Bull. de corr. Hell.* 17, 1893, p. 99 n. 23. — *Exscripsi.*

Φρούραρχος Κυρρα[ῖος τοῦ δεῖνος Μακεδὼν
καὶ φρου[ροὶ ἀνέθεν.

Φρουροί Troezene adfuisse non credendi sunt post annum 243 a. Chr. n., quo foederi Achaico urbs accessit, ut hoc anno titulus antiquior sit habendus. Circa mortem Alexandri Magni in urbibus Peloponnesi collocata fuisse praesidia Macedonica et eieci coepta anno 323 edocti sumus titulo C. I. A. II 4, 2 n. 231 *b* vs. 45 sq.; imposita ea esse post regis Agidis stragem et mortem a. 330 haud improbabiliter coniecit Kaerst, Mus. Rhen. 52, 1897, p. 597. Sed titulus noster tertio potius saeculo est tribuendus quam quarto, et revera a. 279 denuo praesidium Macedonicum tenuit Troezena, quod tum Cleonymus Spartanus eiecit (Frontin. 3, 6, 7. Polyaen. 2, 29). Neque abhinc usque ad annum 243 Troezena a praesidio Macedonico liberam fuisse certi sumus, ut accuratius aetatem tituli definire nequeamus.

770 »*Base ronde*« in aedicula ruinosa, cuius possessor Dimitri Paschos. Litterae a. fere 0,03; Rho 0,04.

Legrand, *Bull. de corr. Hell.* 17, 1893, p. 93 n. VI. — *Exscripsi ex ectypo* a Legrandio comiter misso.

Α Ρ Τ Α Μ Ι Τ Ο Σ

Ἀρτάμιτος.

Tertii saeculi. Non dubito quin fuerit ara; de genetivo cf. n. 765.

771 Fragmentum baseos e lapide nigro, inaedificatum muro ecclesiae ruinosae Palaeo-Episcopi. Incolume infra et ad sinistram; particula servata est marginis superioris; in summo latere erat excavatio quadrata. A. 0,22. l. 0,39.

Legrand, *Bull. de corr. Hell.* 17, 1893, p. 90 n. IV. — *Exscripsi.*

Τ Ι
Α Ν Ε Θ Η Κ Ε
Τ Ω Ι Α Ι Σ Κ Λ Α Γ

Τι - - - - - - -
ἀνέθηκε - - - -
τῶι Αἰσκλαπ[ιῶι].

Aesculapii sacrum Troezenium testatur titulus Epidaurius n. 951 vs. 10 sq.; statuam (quam quidem Troezenii dixerunt Hippolyti esse) Pausanias 2, 32, 4; in nummis urbis deus repraesentatur stans iuxta aram (Mionnet, Suppl. 4, p. 268 n. 196). Cf. etiam n. 772. — De diphthongo in nomine divino cf. ad n. 356.

772 Basis marmorea in ruinis ecclesiae Palaeo-Episcopi. Fracta in partes duas; in latere summo foramina complura. A. 0,33. l. 0,905. cr. 0,905.

Legrand, *Bull. de corr. Hell.* 17, 1893, p. 90 n. III. Wide, *Athen. Mitth.* 20, 1895, p. 213. — *Exscripsi.*

Ι Ι Λ Ο Δ Ω Ρ Ο Σ | Α Θ Α Ν Α Δ Α Ε Υ Τ Υ Χ Ι Σ Α Π Ο Λ Λ Ο Δ Ω Ρ Ο Υ
Τ Α Ν Θ Υ Γ Α Τ Ε Ρ | Α Δ Α Μ Ο Σ Θ Ε Ν Ε Ι Α Ν Α Σ Κ Λ Α Π Ι Ω Ι Υ Γ Ι Ε Ι Α Ι

spatium centimetrorum sedecim

ΑΚΕΣΤΩΡΑΙΣΧΡΩΝΟ | ΣΤΟΡΩΝΑΠΕΛΛΙΩΝΟΣΑΡΓΕΙΟΙΕΠΟΙΗΣΑΝ

Var. lect. Titulum artificis omittit Legrand. — Versus primi initium plenius dant priores: ΑΠΟΛΛ.

Ἀπολλόδωρος Ἀθανάδα, Εὐτυχὶς Ἀπολλοδώρου
τὰν θυγατέρα Δαμοσθένειαν Ἀσκλαπιῶι, Ὑγιείαι.

Ἀκέστωρ Αἰσχρωνος, Τόρων Ἀπελλίωνος Ἀργεῖοι ἐποίησαν.

Tertii a. Chr. n. saeculi. Cf. n. 1145. 1481. De cultu Aesculapii Troezenio vide ad titulum praecedentem.

773 In area aedificii, cuius forma designata est *Bull. de corr. Hell.* 21, 1897, tab. XIII, tabula lapidea l. 0,75. cr. 0,20. In summo latere sculpta sunt ellipsis et circulus, in quo foramina quattuor continentia metallum, ut vas sive aliud donarium impositum fuisse appareat. In margine titulus difficilis lectu.

Legrand, *Bull. de corr. Hell.* 21, 1897, p. 548. — *Exscripsi* ex ectypo, adiutus eiusdem viri docti apographo accuratiore a. 1899 confecto, quod utrumque eximiae eius liberalitati debeo.

Σ
Σ Ω Σ Ι Α Σ Θ Ε Ω Ρ Ι Δ Ο Σ Ι Α [ ] Ν Α

Σωσίας Θεώριδος. Ἀ[θά]ναι.

Est fere tertii a. Chr. n. saeculi. Supplevi nomen deae. Linea directa, quam ante paenultimum Alpha indicavit Legr., non plane mihi videtur certa; sin erat, fuisse crediderim pro interpunctione.

774 Damalae in ruinis Hagiae Sotirae basis in speciem graduum duorum redacta. In latere summo excavatio quadrata. A. 0,21. l. 0,57. cr. 0,51.

Legrand, *Bull. de corr. Hell.* 17, 1893, p. 120 n. XXXIV. — *Exscripsi.*

Γ L
Ο Μ Η /
Ν Ο Σ Ω Ρ Υ Ρ Ι Ω Ν Ι Π Α Ν Τ Α Κ Λ
Ι Α Λ Λ Ι Π Π Ο Υ Α Ρ Ι Σ Τ Ο Δ Α Μ Ω Ι Ε Υ Ρ Υ Τ Ι
Υ Λ Λ Ω Ν Ο Σ Κ Λ Ε Ι Τ Ε Α Ι Θ Ε Μ Ι Σ Τ Ι Ο Υ
Ι Σ Α Ν Δ Ω Ρ Ο Υ

Μ Ν Α Μ Ο Ν Ε Σ Π Ε Ρ Ι Θ Ι Α Ι *vacat* Φ Ι Λ Ο Ξ ////
Ε Λ Ι Δ Α Σ Τ Ε Λ Λ Ι Α Ι Σ Κ Α Μ Α Ν Δ Ρ Ω Ι Ν Ι Κ Ι Α Ι
Ι Κ Ο Σ Μ Ν Α Σ Ι Θ Α Ν Ε Ι Τ Ρ Ι Τ Υ Λ Λ Ω Ι Ι Ω Π Υ Ρ Ω //
Ω Ν Γ Λ Α Υ Κ Ι Α Ι Ω Φ Ε Λ Ι Ω Ν Ι
Γ Ε Ι Ρ Ο Σ Α Ρ Ι Σ Τ Ο Μ Ε Ν Ο Ν Τ Ι Ν Ι Κ Α Ν Δ Ρ Ω Ι
Θ Ε Ο Π Ο Μ Π Ο Σ Δ Ι / Κ Ο Ν Ο Σ Λ Λ Ρ Ρ Ι Α Σ

Var. lect. Quae in Legrandii exemplo edito differunt a meis paene omnia, ut per litteras mihi nuntiavit, lapide anno 1899 denuo examinato ipse correxit; haec igitur enumerare supersedeo. Restant fere: omissa vs. 5 in. alterum Λ, vs. 6 in. Αι et Ν, vs. 10 in. ι (de Kappa); vs. 10 extr. post ΝΙ spatium indicatum est litterarum fere quinque, tum Τ (non recte; erat post ΝΙ spatium vacuum usque ad marginem).

- - - - - - - - - - -	- - - - - - - - - - -
- - - - - Φιλ]ουκλ[ου	- - - - - - - - - - -
- - - - - - νος	Ζ[ωπυρίωνι Πανταλ[έες
- - - - - - - Κ]αλλίππου	Ἀριστοδάμωι Εὐρυτί[δα
Σιλα[ρ . . . . .]ωνος	Κλειτέαι Θεμιστίου.
Ἰπα[ίαι Με (s. Μη)]μ[ο]δώρου	

Ἱερο]μνάμονες·	Περιθ[ίαι, Ἀγ(?)]ίαι,	Φιλοξ[ίναι,
Εὐτ(?)]ελίδας,	Τελλίαι, Σκαμάνδρωι,	Νικίαι,
Εὔν]ικος,	Μνασιφάνει, Τριτύλλωι,	Ζωπύρω[ι.
. . κων.	Γλαυκίαι, Ὠφελίωνι,	
Μάγειρος·	Ἀριστομήδοντι, Νικάνδρωι,	
Θεόπομπος. Διάκονος· Λα[μ]πρίας.		

Tertii fere saeculi. Dedicatio est ut videtur collegii alicuius, cuius magistratus in columna prima gradus alterius sunt enumerati, vix quoque in gradus prioris columna priore, cum hic indicati sint patres, qui desunt loco altero. Cum praeter magistratus viri reliqui casu dativo sint relati, videtur dedicatum esse collegii sodalibus mortuis.

775 Tabula marmoris albi, quae erat pro mensa sacra in aedicula ruinosa sita ab Episcopi ad occasum versus supra aediculam aeque ruinosam sanctorum Apostolorum. In versibus singulis variat litterarum altitudo, quae fere est vs. 1. 3: 0,028; vs. 2: 0,015; vs. 4: 0,020.

Legrand, *Bull. de corr. Hell.* 17, 1893, p. 93 n. VII. — *Exscripsi ex ectypo* Legrandii.

Α Ρ Χ Ε Σ Τ Ρ Α Τ Ο Σ	Ἀρχέστρατος
Α Ρ Ι Σ Τ Ο Δ Α Μ Ο Υ	Ἀριστοδάμου
Α Ρ Τ Α Μ Ι Τ Ι	Ἀρτάμιτι
Σ Ω Τ Ι Ρ Α Ι	Σωτ[ε]ίραι.

Adscripserim vergenti tertio a. Chr. n. saeculo. — Ἄρταμις Σώτειρα: cf. adnotationem ad n. 763.

776 In aedificio sito prope id, in quo repertus est titulus n. 773 (formam vide *Bull. de corr. Hell.* 21, 1897, p. 544), fragmenta marmorea parvae paterae s. pelvis. In margine titulus.

Legrand, *Bull. de corr. Hell.* 21, 1897, p. 549.

//// Ρ Η //// Τ Η Ρ ////

777 »*Fragment de colonne*«, intellege basim rotundam, in aedicula ruinosa, cuius possessor Dimitri Paschos.

Legrand, *Bull. de corr. Hell.* 17, 1893, p. 93 n. VIII.

Φ Α Υ Ϲ Τ Ο Ϲ ?	Φαῦστος (Φαύστου)
ꟷ Τ Η Ι Π Α Τ Ρ Ι Δ Ι	τῇ πατρίδι.

Cf. n. 798.

778 Parva basis supra et infra cymatiis ornata, reperta a Legrandio anno 1899 in horto sito subter ecclesiam Hagii Iannis. Servata est radix partis rotundae impositae lateri summo. — Legrand comiter transmisit apographum et ectypum, e quo *exscripsi*.

Μ Ε Ν Α Ν Δ Ρ Ο Ϲ	Μένανδρος
Ε Υ Χ Η Ν Τ Η < Ι	εὐχὴν τῇ [φ]ι-
Λ Α Ν Θ Ρ Ω Π Ω	λανθρώπῳ
Τ Υ Χ Η	Τύχῃ.

779 Basis marmorea utrimque fracta in muro meridionali ecclesiae Hagii Iannis. A. 0,17. l. 0,31.

Legrand, *Bull. de corr. Hell.* 17, 1893, p. 99 n. XXI. — *Exscripsi.*

ΤΟΚΡΑΤΟΡΟϹ
ΙΟΥΚΑΙϹΑΡΟϹΑΥϹΙ
ϹΙΔΗΜΟΥΔΙΑΤΑΞΑΜΕ
ΑΝΕΘΗΚΑΝ

Ἀγαθῇ τύχῃ. αὐ]τοκράτορος - - - - - -
Σεβαστ]οῦ Καίσαρος Λυσί[δαμος καὶ - -
. . . Λ]υσιδήμου διαταξαμέ[νου τοῦ πατρὸς
ἀνέθηκαν.

Vs. 2 in. certum est Tau propter magnum intervallum lineae servatae (Λ non recte dat Legrand). Restituisse mihi videor argumentum tituli: manifesto dedicant fratres duo, quorum alter videtur gessisse nomen patris. διαταξαμένου intellege: »*iubente per testamentum*«.

780 In regione prope Damalam, quae dicitur Psipha (in via ducente Phanarium), fragmentum stelae inmissum muro.

Legrand, *Bull. de corr. Hell.* 17, 1893, p. 627 n. 11.

Η Φ Ο Ρ Ο Ϲ	Νικ[ήφορος
Ο Υ Ι Δ Ι Ο Υ	ἐκ τ]οῦ ἰδίου.

Vs. 1 supplevit Legrand. — Potius erat dedicatio quam titulus honorarius.

781 Columna marmorea, olim prope ecclesiam Palaeo-Episcopi, nunc in ipsis ecclesiae ruinis. A. 2,95. diametros 0,35.

E schedis Fourmonti Boeckh, C. I. G. 1184. Dodwell, *Classical tour* II 270. Pouqueville, *Voyage de la Grèce* 2. *éd.* vol. 5 p. 251. — *Exscripsi.*

Ϲ Υ Τ Υ Χ Ο Ϲ Ε Ρ	Εὔτυχος Ἑρ-
Μ Ο Υ Χ Ϲ Υ Ν	μοῦ σὺν
Τ Ω Υ Ι Ω Ε Ι Ϲ Ι Ω	τῷ υἱῷ Εἰσίω-
Ν Ι Α Ν Ε Θ Η	νι ἀνέθη-
Κ Ε Ν	κεν.

782 Basis lapidis nigri in ruinis ecclesiae Ἁγίας Σωτείρας. A. 0,30. l. 0,66. cr. 0,58. In latere averso scriptus est titulus n. 787.

Baumeister, Philologus 9, 1854, p. 182. Bursian, *Bullettino d. Inst.* 1855 p. XXXIV. Foucart in additamentis ad Le Bas, *Voyage archéol.* II 158a ex ipsius collatione. (Kaestner, De aeris p. 73.) Cf. C. Keil, *Jahrbücher für Philologie und Pädagogik* Suppl. II, 1856/57, p. 369. — *Exscripsi.*

ΑΓΑ///// ΤΥΧΗΙ
ΑΓΑCΙΚΛΕΙΔΑC ΑΓΑCΙΚΛΕΙΔΑ
ΟΑΡΧΙΑΤΡΟC ΤΗCΠΟΛΕΩC
ΑΓΟΡΑΝΟΜΩΝΤΟΖΘΕΤΟC
Ψ ΤΟΝΘΕΟΝ ΤΗΠΟΛΕΙ Β

Ἀγα[θῆι] τύχηι·
Ἀγασικλείδας Ἀγασικλείδα,
ὁ ἀρχίατρος τῆς πόλεως,
ἀγορανομῶν τὸ (ξ)ϑ' ἔτος,
τὸν θεὸν τῇ πόλει.
ψ(ηφίσματι) β(ουλῆς).

Var. lect. Vs. 1 de voce prima solum A praebet Foucart, Bursian et Baumeister nihil.

Certa est lectio vs. 4 ζϑ', quod erratum potius est pro ξϑ' quam, ut voluit Keil, pro ζε'. Aera secundum scripturae indolem cum Kaestnero a pugna Actiaca deduci nullo modo potest; optime potest ab Hadriani itinere Peloponnesiaco, ut titulus sit anni 192 p. Chr. n. Ὁ θεός a medico dedicatus credendus est Aesculapius; cf. n. 771.

783 In scapo hermae marmoreae, qui est pro gradu Damalae in area paredri, duo sunt tituli alter sub altero a diversis manibus incisi. Repertus in ruderibus aediculae ruinosae sitae infra turrem antiquam. Scriptura pravissima et valde detrita. A. 1,0. l. 0,35. cr. 0,21. — *Exscripsi.*

A

ΥΠΟΙΙΥΠΕΝΟCΕΡΜΑC
ΙΙΑΙC
ΛΙΑΑΝΙ
ΙΙΚΥΔΑΙΝΗΙ
ΙΝΗΠΙΟΦΡΗΝΚΑΙΝΕΙΛ
ΙΝΓΕΝΕΗCΦΕΤΕΡΗΘΗΚΕΝΑΙΙ
ΑΛΛCΘΕΝΕΥCΙCΑCΑΕΙΝΠΙΕΙCΙΑ
ΟΥΙΙΙΕΤΗCΝΗCΑΙΕ ΝΕΙΙ ΔΟ

vacat

B

ΕΡΜΕΙ
ΝΙ ΟΛΥΜΠ
ΛΑΙ ΤΟΥΤΟΝ ΟΙ
ΟΙΙΙΑΠΟΤΑCΠΙΟΥ ΤΙΟΙ
ΕΘΗΑΝΑCΘΛΟΝΚΑΙΓΕΙΝΙΑΕΥΚΑ
ΕCΤΙΚΑΛ'ΑΥΤΟCΔΟΓΜΑΔΕΙΚΝΥ
ΛΥΚΩΝΜΕΝΕΚΟΙΟΥCΤΟΙCΦΙΛCΠΑΩΝ
Ψ Δ

A

πολύτρ]οπο[ς(?) ε]ὔξεινε Ἑρμᾶς
- - - - - - - - - πίοις κ. πίαις
- - - εὐχ]ὰν
- - - κυδαίνω[ν
- - νηπιόφρων καὶ νεῖκ(?)
ἐ]ν γονεῇ σφετέρῃ θῆκεν(?) ἀ-
ἀλλ' ἴθεν εὐ(?) - - - - -
- - - - - - - - - -

B

Ἑρμεῖ - - - - - - -
- - - - - - - Ὀλυμπ-
- - - τοῦτον - - - - -
- - ἀπὸ τῆς - - - - - -
ἔθη[κ]εν ἄεθλον καὶ . . . . . . εὔκλει(?)-
ἔστ[η]κε [δ]' αὐτὸς δόγμα δεικνύ[ων]
. υ . ων μέτα κό[ρ]ους το[ὺ]ς(?) φιλ[ό]πλων

ψ(ηφίσματι) δ(ήμου).

In Mercurium condita sunt carmina duo. — *B* vs. 6 certa est apostrophus.

784 In ruinis Hagiae Sotirae basis marmorea rotunda, fracta in partes duas, a. 0,30, diametros 1,26. Deest marginis fere tertia pars. In latere summo excavatio est sexangula (cui olim immissus erat ὁ ἄμβων). — *Exscripsi.*

ΙΩΑΝΝΗC///ΑΝΑΓΝΩCΤΗCΥΠΕΙ ΚΑΙΤΟΥΠΑΙΔΙΟΥΑΥΤΟΥ
ΑΛΛΙΕΡΓΗΕΕΝΤΟΝΑΒΒ ΝΑΕΙCΔΟΞΑΝΚΑΙΕΠΑΙΝΟΝ . . ΑΡΧΑΝΓΕΛΟΥΜΙΧΑΗΛ

Ἰωάννης [ὁ] ἀναγνώστης ὑπὲ[ρ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ] καὶ τοῦ παιδίου αὐτοῦ
κ[α]λλιέργη(σ)εν τὸν ἄββ[ω]να εἰς δόξαν καὶ ἔπαινον [τοῦ] ἀρχαγγέλου Μιχαήλ.

ἄββωνα scriptum pro ἄμβωνα, sicut aetate multo antiquiore ξυββάλλεσθαι C. I. A. II, 1 n. 52c (p. 400) vs. 11.

785 Tabula marmorea, a. 0,75, reperta a. 1890 in ruinis ecclesiae sitae in arce (*Castro*) a *Legrandio*, cui debeo apographum.

- - - - κατεσκευάσατ]ο εἰς δόξαν τῆς Ἁγίας καὶ
- - - - - - -

3. TITVLI HONORARII.

786 In arce (*Castro*) in muro ecclesiae principalis.
Legrand, *Bull. de corr. Hell.* 17, 1893, p. 99 n. XIX.

ΡΧΟΣΑΜΥΝΩΝΠΑΤΡΙΔΙΓΑΙΗΙ
ΗΣΣΤΗΣΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΕΝ

Τοῖος ἐὼν Μνήσα]ρχος ἀμύνων πατρίδι γαίηι
κυδαλίμοις· Στρατοκλ]ῆς στῆσ' ἀρετῆς ἕνεκεν.

Supplementa posui exempli gratia.

787 In basi eadem qua n. 782.
«Edidit Chandler, Inscr. II, 135. p. 80. atque inde Brunck, Lectt. p. 287., Annal. ed. Lips. T. IV. p. 193. (cf. Iacobs, Animadv. T. III. P. II. p. 76.), Iacobs. Anthol. Palat. Append. Epigr. n. 299. Ex Cockerelli schedis dedit deinde Walpol. Trav. p. 565, qui non recte Epidauri ponit. Fourmontus habet inter Hermionenses titulos» Boeckh, C. I. G. 1187. — Cf. Conze, *Annali d. Inst.* 1861, p. 6. (Kaibel, Epigr. Graeca 916.) — *Exscripsi.*

ΙΙΘΕΙΔΑΙΘΕΟΔΩΡΟΝΕΠΕΙΠΟΛΙΝΗΕΞΗϹΕ
ΠΕΥΚΑΛΙΜΟΙϹΑΓΑΝΗϹΜΗΔΕϹΙΠΡΟϹΤΑϹΙΗϹ
ΝΑΙΜΗΝΚΑΙΚΤΕΑΤΕϹϹΙΝΕΠΕΙΛΙΠΕΠΑϹΙΝΕΜΕϹΘΑΙ
ΑΡΓΥΡΟΝΕϹΓΕΝΕΗΝΠΑϹΑΝΕΠΕϹϹΟΜΕΝΗΝ

Var. lect. Vs. 1 in. ΠΙΤ servatum viderunt priores || vs. 4 extr. ΝΩΝ Cockerell et Conze.

Πιτθεΐδαι Θεόδωρον· ἐπεὶ πόλιν ἠέξησε
πευκαλίμοις ἀγανῆς μήδεσι προστασίης,
καὶ μὴν καὶ κτεάτεσσιν, ἐπεὶ λίπε πᾶσι νέμεσθαι
ἄργυρον ἐς γενεὴν πᾶσαν ἐπεσσομένην.

«Theodorum intellige Achaeorum ducem, cuius laudes celebrat etiam n. 373 [= C. I. A. III 636]» (Boeckh). «Sub imperatore Theodosio I a. Chr. 380 Gothis Thessaliam et Epirum vastantibus honores meruit» (Chandler). «Pitthidae sunt Troezenii a Pelopis filio. Vs. 3: *quippe quum pecuniam reliquerit omnibus distribuendam* [usuram sc., recte Kaibel] *in omnia saecula*» (Boeckh).

788 Lapis quadratus, qui antiquitus tegebat basim, olim pro sacra mensa in ecclesia Ἁγίας Σωτείρας, nunc in eiusdem ecclesiae ruinis. A. 0,27. l. 0,75. cr. 0,75.
Inter Hermionicos in schedis Fourmonti, e quibus edidit Boeckh, C. I. G. 1201. Jamot, *Bull. de corr. Hell.* 13, 1889, p. 193 n. 18. (Dittenberger, Sylloge [2] 231. Prellwitz, *Dialektinschr.* 3363. Michel, *Recueil d'inscr. Grecques* 1266.) — *Exscripsi* et ectypum confeci.

ΑΡΑΤΟΝΚΛΕΙΝΙΑΣΙΚΥΩΝΙΟΝ
ΟΔΑΜΟΣΑΝΕΘΗΚΕ

Ἄρατον Κλεινία Σικυώνιον
ὁ δᾶμος ἀνέθηκε.

Nomen clarissimi praetoris Achaeorum e Fourmonti ΑΡΤΟΝ recte restituerat Dittenberger. Statuam Arato erexerunt Troezenii sine dubio circa annum 243, quo recepti sunt in foedus Archaeorum (Paus. 2, 8, 5. Plutarch. Arat. 24).

789 Basis marmorea ad dextram fracta, in ruinis aediculae Hagiae Sotirae. A. 0,28. l. 0,28. cr. 0,55.
Legrand, *Bull. de corr. Hell.* 17, 1893, p. 97 n. XVI. — *Exscripsi.*



Θ]εοφ[ί]λ[αν τοῦ δεῖνος
ἀγορανομ[ήσασαν
ὁ δᾶμος ἀ[νέθηκε.

Videtur alterius fere a. Chr. n. saeculi. Erant tres modo versus; in versu primo moneo certum esse prius Iota, neque video, quod aliud nomen fuisse possit praeter restitutum a Boeckhio in titulo Theraeo C. I. G. 2463*b* (= C. I. Ins. 2, 733).

790 Basis marmorea, supra et infra cymatiis ornata, in ruinis ecclesiae Παλαιᾶς Ἐπισκοπῆς. A. 0,77. diametros 0,56.
Chandler, Inscr. II p. 80 n. 134. Inde et e schedis Fourmonti Boeckh, C. I. G. 1183. Ex apographo Ravoisei *Expédition de Morée* II p. 172 et Le Bas, *Inscriptions recueillies par la commission de Morée* III, 1837, p. 233 n. 65. Conze, *Annali d. Inst.* 1861, p. 6. Le Bas, *Voyage archéol.* II 157. (Prellwitz, *Dialektinschr.* 3364.) — *Exscripsi.*

ΟΙΑΛΕΙΦΟΜΕΝΟΙ
ΒΙΤΟΝΘΕΥΔΩΡΟΥ
ΤΟΥΚΑΛΛΙΠΠΟΥ
ΤΟΥΑΥΤΩΝ
ΕΥΕΡΓΕΤΑ

Οἱ ἀλειφόμενοι
Βίτον Θευδώρου
τοῦ Καλλίππου
τὸν αὐτῶν
εὐεργέτα.

Var. lect. Vs. 2 nil nisi ΘΕΟΕΥΔΩΙΟ Fourm., ΘΕΥΔΩΡΟΝ Chandl., ΑΟΡΟΥ Rav., Τ[ὸν] ΘΕΥΔΩΡΟΝ Conze, ΙΟΝΘΕΥΔΩΡΟΝ Le Bas.

In fine moneo certum esse Y | vs. 5 extr. TAN Le Bas, sed N nec est nec erat in lapide.

Vs. 2 Τ]ίτου Foucart (in Le Bas, *Voyage*), sed deprehendisse mihi videor vestigia litterae Beta; vs. 3 in. Τί]του idem, sed nihil erat ante TOY. Videntur ephebi honorare condiscipulum, cuius avus Callippus fuerit gymnasiarchus.

---

791 Lapis caeruleus repertus anno 1899 a Legrandio in ruinis ecclesiae Ἁγίας Σωτείρας; in summo latere foramina. A. (*ab*) 0,60. l. (*kl*) 1,10. cr. 0,19. In latere *ac* titulus *A* magnis litteris scriptus; in latere *ab* titulus *B*.

Delineationem lapidis, quam repraesento, et apographum titulorum benigne mihi misit Legrand, addens tituli *b* ectypum non quidem bonum, ut pauca modo conferre potuerim, sed paulo plenius cernere mihi visus sum vocabulum primum, de quo O...Π..ON Legrand.



A ·ΝΟΜ *vacat*

B
Ο· ιΠΠΟΝΕΧ ΟΝΑ
ΕΥΕΡΓΕΤΑΝΑΠΟΛΙ ΑΝΕΘΗ
ΑΓΟΡΑΝΟΜΗΣΑΝΤΑΚΑΙΠΡΕ
ΣΑΝΤΑΕΙΣΡΩΜΑΝΥΠΕΡΦ
ΣΥΜΜΑΧΙΑΣΚΑΙΥΠΕΡΤΑΣ
ΠΟΘΕΡΜΙΟΝΕΙΣ ΕΠΤΑΚΙ

A In latere antico scriptum esse expectas nomen honorati cum nomine patris, ut suspicio sit esse in lapide vel certe fuisse terminationem genetivi -νο[υ.

B Γ]έ[ργ]ιππον [- - - ν]ονα
εὐεργέταν ἁ πόλι[ς] ἀνέθ[ηκε
ἀγορανομήσαντα καὶ πρ[εσβεύ-
σαντα εἰς Ῥώμαν ὑπὲρ φ[ιλίας καὶ
συμμαχίας καὶ ὑπὲρ τᾶς [εἰράνας
ποθ' Ἑρμιονεῖς ἑπτάκι[ς.

De titulo vide quae adnotata sunt ad n. 752.

792 Basis marmorea, supra et infra cymatio instructa, inmissa muro ecclesiae ruinosae Palaeo-Episcopi. A. 0,80. l. 0,46. cr. 0,28.

Legrand, *Bull. de corr. Hell.* 17, 1893, p. 96 n. XIII. — *Exscripsi.*

ΟΙΑΛΕΙΦΟΜΕΝΟΙ
ΑΡΙΣΤΩΝΟΣΤΟΥ
ΑΝΤΙΣΘΕΝΕΟΣ
ΤΟΥΑΥΤΩΝΕΥΕΡΓΕΤ
vacat

Οἱ ἀλειφόμενοι
Ἀρίστωνος τοῦ
Ἀντισθένεος
τοῦ αὐτῶν εὐεργέτ[α.

Vs. 3 extr. quod ediderat Legr. ΕΩΣ, ipse correxit per litteras.

---

793 Basis marmorea, supra et infra cymatiis ornata, olim in aedicula S. Ioannis, nunc est pro mensa sacra in aedicula Sancti Georgii. A. 0,83. l. 0,67. cr. 0,48. Singuli versus inter lineas. In latere postico titulus alter consulto erasus.

E schedis Fourmonti Boeckh, C. I. G. 1185. Chandler, Inscr. II p. 81 n. 136. Le Bas-Foucart, *Voyage archéol.* II 158 ex apographo Le Basii. — *Contuli.*

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΚΑΙΣΑΡΑ·ΜΑΥ
ΡΗΛΙΟΝΑΝΤΩΝΕΙΝΟΝΣΕ
ΒΑΣΤΟΝΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ
ΚΑΙΣΑΡΟΣΛΣΕΠΤΙΜΙΟΥ
ΣΕΒΗΡΟΥΠΕΡΤΙΝΑΚΟΣ
ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΥΙΟΝΗΠΟΛΙΣ
ΤΟΝΑΝΕΙΚΗΤΟΝ
III. Ineditum relinquere coactus sum numerum haud exiguum stelarum permagnarum, in quibus propter temporis iniurias aut praeter sparsas litteras vix quidquam legi potest aut ad quas utcumque expediendas plus fortasse opus erit temporis, quam mihi ad totam Epidaurum erat concessum. Quae stelae omnes fere videntur esse quarti saeculi et continere rationes aedificiorum, ut imbuamur admiratione, quanta studia et sumptus una aetate ad exornandum sacrum sint impensa. Dignissimus sane contentionis campus in his inscriptionibus quantum fieri possit enucleandis offertur viris aptis et strenuis, qui ut ad eum laborem incitentur subicio horum lapidum indicem additis numeris, quibus signati sunt (cf. supra I).

1. n. 187. A. 1,67. l. 0,81. cr. 0,19.
2. n. 188. A. 1,82. l. 0,88. cr. 0,18.
3. n. 473. A. 1,97. l. 0,90. cr. 0,19.
4. n. 474. A. 2,15. l. 0,92. cr. 0,20.
5. n. 475. Fracta supra et infra. A. 1,06. l. 0,87. cr. 0,20.
6. n. 614. Mutila supra et infra. A. 0,70. l. 0,75. cr. 0,16.
7. n. 625. A. 1,88. l. 0,91. cr. 0,18.
8. n. 628. Fracta supra et ad sinistram. A. 1,08. l. 0,54. cr. 0,17.
9. (numero non signata). A. 2,0. l. 0,89. cr. 0,15.

IV. Cum haud pauci lapides Epidaurii contineant anni numerati designationem, investigandum est de numerationis initio. Constat e titulo n. 932 anno 125 a. Chr. n. incipere aeram quandam Epidauri usitatam, cuius quidem praeter hunc unum titulum nullum deprehendimus vestigium. Reliqui autem tituli hoc modo signati e litteratura ad unum omnes tribuendi sunt aetati imperatorum, qua valuisse aeram computatam inde ab imperatoris Hadriani prima in Peloponneso praesentia, i. e. ab anno p. Chr. n. 124 (cf. titulum n. 1406), diserte indicant tituli n. 1051. 1052. 1056 et 1533, e quo titulo (oriundo ab Apollinis Maleatae delubro) vides

hanc computationem non restrictam fuisse ad usum Graecorum, sed vel adhibitam esse ab imperatore de rebus eorum decernente. Quae quidem Marci Aurelii epistula scripta est anno aerae quadragesimo, p. Chr. n. 163; sed habemus lapides annorum numeris multo maioribus signatos, ultimus enim qui occurrit annus est ducentesimus tricesimus secundus, qui si ab Hadriani itinere computatur est p. Chr. n. 355 (n. 1008). Quaerendum igitur est, num inde ab uno et eodem anno hi lapides computati sint omnes, quod equidem vix dubium duco: certe si praeter hanc aeram valuisset altera, ea incepisset ab anno quodam eiusdem fere aetatis, quod quam veri sit dissimile nemo est quin concedat. Affirmare enim possum eas aetatis notas, quas e litteraturae indiciis apographis meis adieci, antequam ullam concepissem sententiam de aerae initio, omnes ad id quadrare, quam igitur aeram iudicandum est perdiu valuisse.

V. Lapides Epidaurii permulti instructi sunt symbolis circulo circumdatis (in lapidibus duobus insuper invenitur symbolum alterum extra circulum collocatum; vide sub n. 44. 45 p. 190), quibus additi sunt numeri. In quam rem gravius inquirere testes oculati priores reliquerunt Christiano Blinkenbergio, qui haec symbola et per se notabilia et interdum ad cognoscendas inscriptiones gravissima lingua gallica tractavit in censura magni Cavvadiae de effossionibus libri inserta annalibus dictis *Nordisk Tidsskrift for filologi*, seriei tertiae vol. III p. 174 sq., uberius nova collecta materia retractavit *Athen. Mitth.* 24, 1899, p. 379 sq. Solent quidem symbola poni infra titulum, ubi cum interdum defuerit spatium sive incommodum sit visum, reperiuntur etiam collocata supra titulum vel in latere lapidis contiguo vel ipsi titulo insculpta (vide infra imaginem n. 21 p. 188); numeri paene semper (exceptionem vide infra n. 956) pone (sive supra sive iuxta sive infra) symbola sunt sculpti. Ut ex exemplis lector symbolorum numerorumque collocationem animo possit concipere, conferat quaeso repraesentationes lapidum n. 1041. 1052. 1309. 1344 locis suis oblatas. Praeterea ut ad cognoscendam numerorum speciem oculis paulo uberiora subicerentur specimina, in catalogo hic exhibito addendos eos curavi symbolorum imaginibus n. 1. 4. 12. 27. 45.

Rectissime de symbolorum natura ex uno sibi noto (catalogi subiecti n. 18, p. 188) iam iudicaverat Welcker: indicant possessionem certi dei signis ei propriis; apte laudat Blinkenberg aequalis usus antiquiora exempla ab Ernesto Curtio, *Gesammelte Abhandlungen* 2, 82 congesta. Manifestum rei documentum praebet lapis n. 1310 instructus circulo (infra et p. 189 sub n. 39 et ad ipsum titulum repraesentato), in quo symboli vice appellatio numinis casu genetivo est iterata. Adhibita sunt pro symbolis aut deorum singulorum insignia consueta, ut arcus sagittaque Dianae, sistrum Isidis, cornu copiae Fortunae, aut figurae e punctis et lineis ex arbitrio fictae.

Cum nec in symbolorum sculptura nec in numerorum adiectorum specie ullam deprehendas graviorem differentiam (cf. Blinkenberg, *Athen. Mitth.* 25, 1900, p. 380), fortasse uno tempore, certe una aetate insculpta esse censenda sunt omnia, idque quidem factum esse dixeris circa annum p. Chr. n. 306: tum enim exaratus est titulus n. 1005 inter eos recentissimus, in quibus simul reperitur et symbolum et anni numerati designatio. Certe ara n. 1008 oblata anno Christi 355 symbolo non iam est notata.

Apparet genus lapidum hoc modo signandorum a sacri antistitibus quam acutissime fuisse circumscribendum, neque consulto certe in genere ad hunc usum selecto exceptiones esse factas. Instructas esse symbolis ait Blinkenberg (*Athen. Mitth.* 25, 1900, p. 381) aras et e donariorum basibus eas, quae sub divo essent collocatae. In qua re manifestum duco erravisse virum praestantissimum: desunt enim symbola in pelvibus dedicatis omnibus (n. 957 sq.), desunt in hominum imaginibus, quae diis erant oblatae (n. 1099 sq.), desunt in votivis hieromnemonum (n. 978 sq.), inter quorum generum donaria sunt non pauca, quae antiquis locis suis reperta sub divo fuisse constat, singillatim affero Thrasymedis opus n. 1172, quod in stadio erat collocatum. Ad unum omnes lapides symbolis ornati erant arae, neque opponi potest, quod interdum summum latus exhibet vestigia rei agglutinatae; non enim solum ab initio imponi aliquid poterat aris (cf. Reisch in Wissowae Encyclopaedia I, 1677), sed etiam, ut ipsum non fugit Blinkenbergium, statuarum bases non paucae in aras sunt transformatae: huius rei exempla satis habeo afferre lapides n. 1480, cui postea additus est titulus n. 1331, et n. 1482, de cuius posteriore usu testatur n. 1036.

Eo consilio signatas esse dicas aras, ut et magistratus, quibus diebus certis praestitutis eae cum inventariis erant conferendae, et sacerdotes immolaturi supersedere possent nomina deorum investigare in titulis, e quibus illa aetate saepe iam corrosis non semper facile erui potuissent, praesertim cum variis locis, inscriptionum initio, in fine, in mediis titulis, posita essent. Fortasse colore symbola, ut clariora fierent, erant tincta.

Iam inquiramus in numeros circulis adiectos. Pendere numerationem e collocatione lapidum observavit Blinkenberg (*Nordisk Tidsskr. f. filol.* III 3, p. 177 sq.), cuius rei certissima attulit testimonia aras litteris ξη', ξϑ', ο', οα' + αβ' (numeri duo sunt in eodem lapide), ογ' signatas, quae antiquis locis suis alia iuxta aliam sunt repertae: n. 1084 (Ἄρτεμις Σικελία), n. 1093 (Αἶνος), n. 1077 (Ἀπόλλων), n. 1283 (Ἐπίδαυρος et deus ignotus), n. 1088 (Ζεὺς Σωτήρ). Addendi sunt lapides n. 1041 (Σάραπις) et n. 1033 (Ἶσις), eodem loco reperti et signati alter λϑ', alter μ'; n. 1270 (Ἀφροδίτα Οὐρανία) et n. 1162 (Ἀθαναία Ἐργάνα), qui alter iuxta alterum positi notati erant numeris πα' et αβ'. Sed bis numeri occurrunt permulti, immo ternis lapidibus insculpti sunt numeri hice:

ια': n. 1260 (Ἀσκληπιὸς Εὔκολος), n. 1270 (Ἀφροδίτα Οὐρανία), n. 1300 (Ἥρως Κλαϊκοφόρος).

ογ': n. 995 (Πάντες καὶ Πᾶσαι, n. 1329 (Ὑγίεια), n. 1330 (Ὑγεία).

πα': n. 1014 (Ἀπόλλων Ἐκατοβελέτης), n. 1085 (Δημήτηρ, sed per errorem insculptum est Aesculapii symbolum), n. 1309 (Μαχάων).[1]

Cum summus quem deprehendimus numerus sit ϙη' (n. 1087), coniecit Blinkenberg, incerta causa motos sacerdotes noluisse transgredi numerum centum, sed inde ab eo inchoatam esse novam seriem. Ad quam explicationem optime quadrat, quod numerus bis positus, qui servatus est, summus revera proxime accedit ad centum: ϙζ' (n. 1086 Ἀσκληπιὸς Ζεὺς Τέλειος, n. 1298 Ἥρα)[2] et quod tertia series non excedit numerum satis exiguum viginti unum (unde perspicuum est aras non minus ducentas et viginti unam fuisse in sacro luco). Iam patet numerationem sic institutam, ut numerus unusquisque bis, numeri nonnulli vel ter recurrerent, non suffecisse ad reperiendam certam aram in inventario ideoque additum esse symbolum, quia in hoc negotio insuper semper respiciendum esset numen.

Catalogum iam subicio symbolorum emendatiorem et pleniorem quam Blinkenbergii vel posteriorem. Symbola omnia (praeter unum n. 19) ex ectypis sunt repraesentata, idque quidem ad quintam partem verae magnitudinis redacta; sub singulis lapides quos signant sunt laudati adiectis numeris simul insculptis. Si in lapidibus compluribus idem occurrit symbolum, reddendum curavi clarissimum, quod indicabo typis crassioribus.

1

Ἀγαθή n. 997, ξζ'.

2

Ἀγαθὸς Θεός n. 1059, πϑ'.

3

Ἄγγελος n. 1161, πα'.

(Ἀζοσία v. Μνία, n. 38.)

---

[1] Fortasse ter recurrit etiam πζ', qui numerus habetur n. 1037 (Πάνθειος), n. 1046 (Τύχη Ἀφθιτος) et praeterea fuisse potest n. 1095 (Ποτειδῶν).

[2] In priore lapide non plane certum annon fuerit αζ'; item in n. 1312 (Πάν), quamquam verisimilius πϑ', qui numerus est in n. 1059 (Ἀγαθὸς Θεός), fuisse potest etiam πε'. Sed non multum id refert, non enim longe a numero centum distat πβ', quae est nota lapidum n. 1046 (Τύχη Ἀφθιτος) et n. 1195 (Ἄρτεμις Ὀρθία).

4

(De symbolo v. ad n. 6.)

Ἀθάνα Ἀρχαγέτις n. 1071, ξγ'.

5



(De symbolo v. ad n. 6.)

Ἀθαναία Ἐργάνα n. 1162, ιβ'.

6

Ἀθηνᾶ Καλλίεργος n. 1072, λη'.

Insignia Minervae n. 4—6 hastam et scutum putat Blinkenberg. Sed instrumenta bellica male apta esse dixeris Ἐργάνᾳ et Καλλιέργῳ neque satis quadrant ad hastam imagines in symbolis n. 5. 6, ad scutum in n. 5. Proficiscendum est a n. 5, ubi ad dextram mihi persuasum est repraesentatum esse fusum, in cuius summa parte vides uncum (τὸ ἄγκιστρον Plato Reipubl. IX, 616 *C*), in parte inferiore verticillum; ad sinistram est colus cum filo. (Cf. Blümner, *Technologie* 1, 109 sq.) In symbolis n. 4 (quod non satis clarum aliter explicare nolis) et n. 6 ad sinistram est fusus, colus ad dextram.

(Ἀθηνᾶ Ὀξυδίρκα v. n. 40.)

(Ἄμμων v. n. 26.)

7

(Ἄνακες.) Ἀσκληπιὸς καὶ οἱ ἐν τῷ Ἀνακείῳ θεοί n. 1028.

Significatos esse trium stelarum symbolo Dioscuros cum uxoribus filiisque, non respecto Aesculapio, exposui ad titulum n. 1028.

8

(Hasta et pileus.)

(Ἄνακες.) Θεοὶ σωτῆρες n. 1096, ξγ'.

(Ἀντίνοος v. n. 32.)

9



Ἀπόλλων n. **1005** (lapis instructus etiam Aesculapii symbolo n. 14, dedicatus enim est Ἀπόλλωνι καὶ Ἀσκληπιῷ συγγενέσιν), πε'. 1079, ιδ'.

10

Ἀπόλλων n. 1076. 1077, ο'. 1176.

Ἀπόλλων Ἐκατηβελέτης n. 1014 (servatum est circuli dimidium, sed symbolum plane deletum), κα'. 1015, ϛ'.

Ἀπόλλων Μαλεάτας n. **956**, γ'.

Ἀπόλλων Μαλεάτας n. 1079, ιδ'.

Ἀπόλλων Ὑπαταῖος n. 1170, ιζ'.

(Apollinis symbolum a n. 9 et 10 plane diversum fortasse erat n. 53.)

11



(Arcus cum sagitta.)

Ἄρτεμις n. 1187, μϛ'.

Ἄρτεμις n. 1188, ιζ'.

Ἄρτεμις Ἐνοδία n. 1191 (circuli symbolum non conspicuum), ιγ' s. ιε'.

Ἄρτεμις Ἐφεσία n. 1193, κδ'.

Ἄρτεμις Ὀρθία n. 1195 (symbolum ad sinistram mutilum), κβ'. 1196 (servata modo est pars circuli).

Ἄρτεμις Παμφυλαία n. **1082**, ξδ'.

Ἄρτεμις Προθυραία n. 1197, β'.

Ἄρτεμις Σαρωνία n. 1198, ξβ'.

Ἄρτεμις Σκεπελῖτις n. 1084, ξη'.

Ἄρτεμις Σωτείρη n. 1200. 1286, ιζ'.

12



(Merus circulus symbolo non instructus.)

(n. 1369)

(n. 1207)

Ἀσκλαπιός n. 1207, κ'.

Lapis n. 1369, ξα', nullas exhibet tituli reliquias.

13

(De symbolo v. ad n. 16.)

Ἀσκλαπιός n. 1176.

14

(De symbolo v. ad n. 16.)

Ἀσκληπιός n. **1005** (cf. supra sub n. 9), πε'.

Ἀσκληπιὸς Ἐπήκοος n. 1012.

Idem symbolum in lapide, qui Epidauri signatus numero 454 inscriptionem non exhibet.

15



(De symbolis v. ad n. 16.)

(n. 1260) (n. 1000)

Ἀσκληπιός n. 1052, π' (infra cum titulo loco suo repraesentatus est totus lapis simul Epionae dedicatus).

Ἀσκληπιός n. 1066, πγ'. 1253, ϙ'. 1267, ιε'. 1268, ιγ'.

Ἀσκληπιὸς Εὔκολος n. **1260**, κα'.

Ἀσκληπιὸς Ζεύς n. 1022, ϙϛ'.

Ἀσκληπιὸς Περγαμηνός n. 1262.

Ἀσκληπιὸς Σωτήρ n. 1286, ιζ'. 1024 (symbolum deletum), ξε'.

Ζεὺς Ἀσκληπιὸς Σωτήρ n. 1000, ιθ'.

Numerus punctorum in circulo exteriore incertus est: n. 1029. 1030 (Ἀσκληπιός); in priore conspicuus numerus ϛ'.

16

Recte ut videtur in symbolis n. 13—16 repraesentatam esse coronam censet Blinkenberg, laudans Aristid. or. 47, 44 Keil (= I p. 456 Dind.): ὡς ἐν Περγάμῳ ἐδόκουν στέφανον πέμπειν τῷ θεῷ τῶν μακρῶν, εἶοί (sic Wilamowitz pro οἵ) εἶτα οὓς ἰδίᾳ τῷ Ἀσκληπιῷ κομίζουσιν. — Aesculapii symbolum per errorem adhibitum est n. 1085, v. infra n. 21.

Ἀσκληπιὸς Κλυτόμητις n. 1023, ξς'.

Σωτὴρ Ἀσκληπιός n. **956**, γ'.

(Ἀσκληπιὸς Ζεὺς Τέλειος v. n. 25.)

17

Ἀσκληπιοῦ παῖδες n. 999, ς'.

(Αὐξησία v. n. 37.)

18

Triangulum ad dextram symboli prioris, cuius vestigia debilia quidem sed ut credo certa nec Welcker animadvertit (cf. infra ad titulum n. 1269) nec Blinkenberg, delineavi e lapide et vel agnosci potest in ectypo; praeterea confirmatum est symbolo n. 19, quod ab uno notatum Fredrichio ex eius delineatione obiter facta repraesentare mihi licuit. Stare quidem vel nunc videtur quod Welcker praeter forcipem repraesentatum esse censuit malleum; triangulum enim dixeris non partem esse rei ad sinistram collocatae, sed instrumentum fabrile tertium, normam scilicet, quae interpretatio commendatur etiam directione trianguli in duobus lapidibus diversa; in n. 19 basis trianguli sive lapicidae neglegentia cum mallei manubrio fuerit confusa sive Fredrichio non conspicua.

Ἅφαιστος n. 1269, λς'.

19

(Cf. ad n. 18.)

Ἥφαιστος n. 1067, μς'.

20

(Caelum astris ornatum.)

Ἀφροδίτα Οὐρανία n. 1270, κε'.

21



(Δαμάτηρ.) Lapis cum titulo n. 1085, Cereri dedicatus, per errorem instructus est Aesculapii circulo, qui secat litteras versus tertii; v. quae adnotavi ad titulum. Numerus est κα'.

22



Δαμάτηρ Καρποφόρος s. Θεσμοφόρος? Id numen conieci fuisse in lapide admodum difficili lectu n. 1275, in quo numerus λβ'.

23



(Libra.)

Δικαιοσύνη n. 1060, μα'.

(Διόσκουροι v. n. 7 et 8.)

(Δώδεκα θεοί v. n. 43.)

24

(Rami duo. Apti erant ad Misericordiae symbolum rami, quippe quos manu tenere solerent supplices. — Cf. n. 36.)

Ἔλεος n. 1282, θ'.

(Ἐπίδαυρος v. Ἥρως, n. 32.)

25

(Ramus olivae s. quercus. Variat numerus linearum obliquarum.)

Ζεύς n. 1001, λδ'. 1002, μη'.

Ζεὺς Βουλαίτης n. 1286, κζ'.

Ζεὺς Κάσιος n. **1287**, λα'.

Ζεὺς Κτήσιος n. 1288, μη' (circulus non conspicuus).

Ζεὺς Ξένιος n. 1087, ϙη'.

Ζεὺς Σκώτης n. 1088, σγ'.

Ζεὺς Σωτήρ n. 1293, ζ'. Cf. circulum n. 27.

Ζεὺς Φίλιος n. 1296, κθ'.

Ἀσκληπιὸς Ζεὺς Τέλειος n. 1086, ϙζ'.

(Ζεὺς Ἀσκληπιὸς Σωτήρ et Ἀσκληπιὸς Ζεύς cf. Ἀσκληπιός, n. 15.)

26



(Non recte a Blinkenbergio ramum creditum esse *iacentem*, sequitur e directione numerorum adscriptorum.)

(Ζεύς.) Ἄμμων n. 1164, λη'.

27



(n. 1291)

(n. 1089)

Ζεὺς Σωτήρ n. **1291**, ς'. (Lapis n. 1293 eidem Iovi Salvatori dicatus mira discrepantia symbolum exhibet Iovis consuetum n. 25.)

Ζεὺς Σωτήρ n. 1294. (De symbolo nihil servatum, ut incertum sit, num fuerit n. 25. 26, an n. 27.)

Ζεὺς Μειλίχιος n. **1089**. (Epiclesis non certa; v. adnotata ad titulum.)

28

(n. 1001)



(n. 1297)

(Sol effundens radios; vix recte potius repraesentatam esse rotam censet Blinkenberg.)

Ἥλιος n. 1001, λδ'. 1002, μη'.

Ἥλιος n. 1297, ξς'.

29

Ἠπιόνη n. 1052, π΄. (Infra loco suo repraesentabitur totus lapis.)

30

Ἥρα n. 1298, ϙζ΄.

31

(Symbolum non clarum. Blinkenberg punctis effectam esse credit clavam, qui modus repraesentandi vix credibilis. Mihi visus est arcus.)
Ἡρακλῆς n. 1091, μη΄.

32



(Symbolum heroum commune.)

Ἀντάνωρ n. 1165, λι΄.
Ἐπίδαυρος n. 1283, σα΄.
Ἥρως Κλαικοφόρος n. 1300, κε΄.
Λίνος Σωτὴρ n. **1093**, ξϛ΄.
Οἰκλῆς n. 1094, ξ΄.
Τελεσφόρος n. 1320, νβ΄ (cf. circulum n. 49).
Ignoti: n. 1339, πη΄. 1340, κβ΄. — Praeterea lapides tres, in quibus nihil conspicuum nisi circulus cum symbolo.

33

(Symbolum heroidum commune.)

Ἡρῶσσαι n. **1301**, ε΄.
Ὑγίεια n. 994.
Πανάκεια n. 1055, λγ΄. (Ad deam eandem rettuli n. 1314, in quo symbolum deletum, superest numerus λδ΄.)

(Ἥφαιστος v. Ἄφαιστος, n. 19.)

(Θεοὶ Σωτῆρες v. Ἄνακες, n. 8.)

34

(Sistrum.)

Ἶσις n. 1033, α΄.

(Κλαικοφόρος v. n. 32.)

(Κρόνος, n. 1305. Circulus deletus et numerus, qui erat ι΄; v. lemma.)

(Λίνος v. n. 32.)

35

(Symbolum non certum.)

Μαχάων n. 1309, κα΄.

36

Μάτηρ n. 1307, κϑ΄.
Μήτηρ θεῶν n. **1308**, ι΄.
Aequalis fere est symboli species atque n. 24, sed significatio necessario diversa. Repraesentati fuerint pini Cybelae sacrae, vide Preller-Robert, *Griech. Mythologie* 1, 647.

37



(Vide quae adnotavimus ad n. 38.)

Μνία καὶ Αὐξησία n. 1010.

38



Μνία καὶ Ἀζοσία n. 1062, μ΄.
Quod n. 37 duo exhibet symbola, n. 38 unum modo, id fortasse tribuendum est neglegentiae lapicidae alterius. In definiendo symbolo lapidum amborum communi proficiscendum est a n. 38, quippe quod multo melius sit servatum: simile quidem est symbolis Aesculapii n. 13—16, sed non aequum (ut ait Blinkenberg); desunt enim puncta in circulo exteriore praeter infima duo neque haec cum circulo interiore coniuncta sunt lineis obliquis.

39

(Dearum nomen vice symboli iteratum.)

Μοῦσαι n. 1310, numerus videtur α΄.
(Certae Musae fuisse potest n. 53.)

(Ὑγίεια v. n. 33.)

40



Ὀξυδέρκα n. 1074, λγ΄. (Deam puta esse Minervam, vide quae adnotavi ad titulum.)

41



Οὐρανία n. 1079, οδ΄.

42

(Pedum et syrinx.)

Πάν n. **1312**, κϑ΄ (potius quam κι΄). 1313 (circuli dimidium sinistrum servatum cum pedo), ϑ΄.

(Πανάκεια v. n. 33.)

43

(Quod symbolum constat e punctis duodecim, manifesto respicit deorum duodecim conventum.)

Πάντες ἀστραπαῖοι n. **1001**, λδ'. 1002, ιη'.

Πάντες καὶ Πᾶσαι n. 995, ργ'.

Πάνθεοι n. 1037, πζ'. 1038, ιβ'.

Δυωκαίδεκα θεοί n. 1280 (symbolum ita paulum variatum, ut in centro additus sit circulus minor).

Idem symbolum in n. 1302, ?α', designatione numinis non servata.

44



(Circulus cum tridente; supra additum esse in n. 1063 delphinum cum tridente animadvertit Blinkenberg, cuius insigni benignitati debeo ectypum.)

Ποσειδῶν n. 1070 (solum signum inferius).

Ποσειδῶν n. 1095 (solum signum inferius), numeri incerti, videntur πζ'.

Ποσειδῶν Ἀσφάλειος n. **1063**, μβ'.

45



(In circulo flagellum, ad cuius sinistram linea, quae si consulto incisa est — id enim quamvis profunda sit et acuta non constat — credenda est repraesentare stimulum. Designationem delphini liberaliter mihi misit Blinkenberg, qui eum obiter incisum agnovit.)

Ποσειδῶν Ἵππιος n. 1009, οζ'.

46

Πρόνοια n. 1318, δ'. (Repraesentavimus circulum lapidis inferiorem; cf. lemma n. 992.)

47



(Symbolum non plane clarum, solem repraesentari coniecit Blinkenberg. Imago supra posita ex ectypo est delineata, ea quae adiecta est titulo n. 1041 reddit delineationem meam e lapide factam, cum qua fere congruit Blinkenberg, *Athen. Mitth.* 21, 1899, p. 389.)

Σάραπις n. 1041, λθ'.

(*Σωτῆρες* v. n. 8).

48



(Figura circulo consueto non circumdata esse videtur, fortasse ut facilius distingueretur a symbolo n. 41.)

Σωτηρία n. 1319, ιθ'.

49



Τελεσφόρος n. 1029, ε'. 1030. **1322**, ξα'.

Designatio numinis deleta in lapide n. 1325, in quo idem est circulus et numerus λα'.

(Telesphori lapis symbolo heroum communi signatus est n. 1320, κβ'; v. supra sub n. 32.)

50



(Cornu copiae.)

Τύχη Ἄφθιτος n. 1046, πζ'.

Τύχα Νίκασις n. 1326.

Idem symbolum est in lapide n. 1051, in quo designatio numinis deleta; numerus adscriptus πβ'.

51

(Recte videtur explicavisse Blinkenberg ut serpentem, quae bibit e patera.)

Ὑγίεια n. 1030. 1329 ργ'. 1331 (serpens repens ad sinistram versus est repraesentata), πη'.

Ὑγεία n. 1029, ε'. 1330 (pars circuli servata, de symbolo nihil conspicuum), ργ'.

52

Ὕπνος n. 1335, πε'. 1336, να'.

53

(Lyra?)

Deus non indicatus n. 1344. Dixeris fuisse Apollinem s. certam Musam (cf. adnotata ad titulum).

54



Deus plane incertus n. 1098, ξβ'.

55

Deus plane incertus n. 1283, οβ'.

1. DECRETA.

913 N. 87. Stela marmorea, supra et infra fracta, a. 0,24. l. 0,13. cr. 0,13.
Cavvadias, *Fouilles d'Épidaure* I 16. — *Exscripsi* et confeci ectypum. Imaginem repraesento ad tertiam partem verae magnitudinis redactam.

[Ἔδοξε - - τᾶι δεῖνι εἶμεν
[- - - - κ-
αὶ] ἀσυλί[α-
ν Καλλιφ-
άνεος θυ-
γατρί, Μ-
νάσωνο-
ς γυναι-
ί], αὐτᾶι κ-
αὶ] γένει.

Varia lectio Cavvadiae. Vs. 1. 2 Μν]ασύλ[α(ι)] Καλλιφ–.
Memorabile est quod tam prisca aetate, circa medium quintum saeculum, mulieri decernuntur privilegia.

---

914 Stela lapidis calcarii, reperta a. 1898 in muro novicio a templo Aesculapii ad meridiem versus, supra et infra mutila. A. 0,67. l. 0,51. cr. 0,17. In latere angustiore inscriptio altera: «ἐν αὐτῇ πρόκειται περὶ ἀποδόσεως χρημάτων τοῖς Ἐλαφατιεῦσι ὑπὸ τῶν Ἐπιδαυρίων».
Cavvadias, *Bull. de corr. Hell.* 22, 1898, p. 599 et Τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀσκληπιοῦ 186 litteris minusculis. Idem, Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. 1899, p. 1 cum imagine phototypica (tab. 1), e qua exscripsi. (Meister, *Berichte d. Gesellsch. d. Wissensch. zu Leipzig* 1899, p. 150. Dittenberger, Sylloge [2] 938.)

```
        Μ   Γ
Α˥ΟΛΛΟ   ˍΙΑ    ˥
ΑΙΚΑΛΑΙΔΑΤΑΙΛΑΤΟΙΚΑ
ΙΤΑRΤΑΜΙΤΙΑΛΛΑΝΦΕRΝ
ΑΝΤΟΙΘΙΟΙΚRΙΘΑΝΜΕΔΙ
ΜΜΝΟΝΣΓΥRΟΝΗΕΜΙΔΙΜΜ
ΝΟΝΟΙΝΟΥΗΕΜΙΤΕΙΑΝΚΑ
ΙΤΟΣΣΚΕΛΟΣΤΟΥΒΟΟΣΤΟ
ΥΓRΑΤΟΥΤΟΔΑΤΕRΟΝΣΚΕ
ΛΟΣΤΟΙΙΑRΟΜΜΝΑΜΟΝΕΣ
ΦΕRΟΣΘΟΤΟΥΔΕΥΤΕRΟΥΒ
ΟΟΣΤΟΙΣΑΟΙΔΟΙΣΔΟΝΤΟ
ΤΟΣΚΕΛΟΣΤΟΔΑΤΕRΟΝΣΚ
ΕΛΟΣΤΟΙΣΦRΟΥRΟΙΣΔΟΝ
ΤΟΚΑΙΤΕΝΔΟΣΘΙΔΙΑ

ΤΟΙΑΣΣΚΛΑΠΙΟΙΘΥΕΝΒΟ
ΝΕRΣΕΝΑΚΑΙΒΟΜΟΝΑΟΙΣ
ΒΟΝΕRΣΕΝΑΚΑΙΒΟΜΟΝΑΑ
ΙΣΒΟΝΘΕΛΕΙΑΝΕΓΙΤΟΥΒ
ΟΜΟΥΤΟΥΑΣΚΛΑΠΙΟΥΘΥΕ
ΝΤΑΥΤΑΚΑΙΚΑΛΑΙΔΑΑΝΘ
ΕΝΤΟΤΟΙΑΣΚΛΑΠΙΟΙΦΕR
ΝΑΝΚRΙΘΑΝΜΕΔΙΜΜΝΟΝΣ
ΓΥRΟΝΗΕΜΙΔΙΜΜΝΟΝΟΙΝ
ΟΥΗΕΜΙΤΕΙΑΝΣΚΕΛΟΣΤΟ
ΠRΑΤΟΥΒΟΟΣΓΑRΘΕΝΤΟΤ
    ΘΙΟΙΤΟΔΑΤΕRΟΝΤΟΙ.
     ΜΝΑΜΟΝΕΣΦ RΟΣΘΟΤ
      ΥΤΕRΟΤΟΙΣΑΟΙΔΟΙ
         ˥ΟΑΛ–ΓΡΟ.ΤΟ –
```

\- - - - - - - - - - - -
[Τῶι Ἀπόλλωνι θύεν - - -
\- - - - - - - - - - - - - -
\- - - - - - - - - - - - - -
..........ς. [ἐ]π[ὶ] τοῦ βωμοῦ(?)
Ἀπόλλω[νος τ]ε[λέντα] θ[ύεν κ-
αὶ καλαΐδα τᾶι Λατοῖ κα-
ὶ Ἀρτάμιτι ἄλλαν, φερ-
ὲν τῶι θεῶι κριθᾶν μέδι-
μμνον, πυρῶν ἡμιδιμμ-
νον, οἴνου ἡμίτειαν κα-
ὶ τὸ σκέλος τοῦ βοὸς το-
ῦ πράτου, τὸ δ' ἅτερον σκέ-
λος τοὶ ἱαρομμνάμονες
φερόσθω· τοῦ δευτέρου β-
οὸς τοῖς ἀοιδοῖς δόντω
τὸ σκέλος, τὸ δ' ἅτερον σκ-
έλος τοῖς φρουροῖς δόν-
τω καὶ τἐνδοσθίδια.

Τῶι Ἀσσκλαπιῶι θύεν βοῦ-
ν ἔρσενα καὶ ὁμονάοις
βοῦν ἔρσενα καὶ ὁμονάα-
ις βοῦν θήλειαν· ἐπὶ τοῦ β-
ωμοῦ τοῦ Ἀσκλαπιοῦ θύε-
ν ταῦτα καὶ καλαΐδα. ἀνθ-
έντω τῶι Ἀσκλαπιῶι φερ-
νάν· κριθᾶν μέδιμμνον, π-
υρῶν ἡμιδίμμνον, οἴν-
ου ἡμίτειαν. σκέλος τοῦ
πράτου βοὸς παρθέντω τ-
ῶι] θεῶι, τὸ δ' ἅτερον τοὶ ἱ-
αρο]μνάμονες φ[ε]ρόσθω· τ-
οῦ δε]υτέρου τοῖς ἀοιδοῖ-
ς δόντω, τ]ὸ [δ' ἅτε]ρο[ν] το[ῖς
[φρουροῖς δόντω καὶ τἐν-
[δοσθίδια.

Cum in scriptura *στοιχηδόν* exarata deprehendamus orthographiam Ionicam in terminatione genetivorum *ευ* (exceptis vs. 25 *τό*, vs. 29 *δευτέρο*) et in voce *φρουρεῖς* vs. 14, titulus antiquior anno fere 410 credi vix potest. Supplementa sunt Cavvadiae, sed quod ante servata scribit [*Τῶι Ἀπόλλωνι θύεν βοῦν ἔρσενα καὶ ὁμονίαις βοῦν ἔρσενα, ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τοῦ*] | *Ἀπολλ.*, non quadrant vestigia in versu primo servata, e quibus de O certe dubitari nequit. Tenere nos conicit Cavv. legem de sacrificiis faciendis in feriis quinquennalibus Asclepieorum (Schol. Pind. Nem. 3, 145).

Vs. 3. 21 *κάλλαις* (sic) Cavv. censet designare barbam gallorum, verisimilius tamen a parte translatam esse denominationem ad totum animal, ut vs. 3 significetur gallina, vs. 21 gallus. Sed idem esse *καλαΐς* atque *κάλλαιον* neque probari potest neque est verisimile. Gallum significari censet quoque Meist., utroque loco gallinam Dittenb., ille quidem vocem derivans ab adiectivo *κίλλαβος*, quod sit »sonorus« (cf. *Dialektinschr.* III 2, 1 p. 144), de quo ipso adiectivo dubitat Dittenb. Certo designatur animal; quale, fortasse explicatum erat glossa Hesychii corrupta: *Καλλαΐς· γένος ὀρνέων*. — Vs. 6. 24 *σπυρῶν* formam Doricam pro *πυρῶν* agnovit Meist. — Vs. 6/7. 24 *ἡμιδίμμνον* forma ut videtur nova pro ea quae cum libris tradita est tum titulis *ἡμίδιμνον*: Paton et Hicks, *Inscr. of Cos* n. 39 vs. 11. C. I. G. Sic. 423, III vs. 28. 644 vs. 6; infra n. 932 vs. 38. 943 vs. 8. — Vs. 7. 25 *ἡμίτεια* = *ἡμίσεια*; de Tau pro vulgari Sigma apud Dorienses adhibito cf. ad n. 752, Creticum *ἥμιτος* affert Meist. Subintellegenda est designatio moduli: cf. *οἴνου τετάρτην Λακωνικήν* Herodot. 6, 57. — Vs. 15 *ἐνδοσθίδια*; in libris vox scribitur *ἐντοσθίδια*.

915 Fragmentum lapidis calcarii; margo sinister servatus. A. 0,26. l. 0,37. cr. 0,10. — *Exscripsi.*

ΙΙΩ
ΑΚΡΙΩΝΙΑ Α
ΤΓ ΑΤΓΛΣΙΑΝΓΑ
ΑΝΚΑΙΕ\ΠΟΛΕΜΩΙΚ/
ΙΝΓΙΡΑΝΑΙΚΑΙΑΥΤΩΙ
ΚΑΙΙΙΙΓΟΝΟΙΣΚΑΙΚΑΤΑ
ΓΑΝΚΑΙΚΑΤΑΘΑΛΑ-ΣΑΝ
ΚΑΤΑΛΟΓΟΣΒΟΥΛΑΣ
ΑΙΣ ΙΝΑΣΝΑΥΦΕΙΣ

vacat

[.... ἔδοξε τᾶι βουλᾶι
καὶ τ]ῶ[ι δάμωι εἶμεν Φα-
λ]ακρίωνι [...........-
τ[ει] ἀτ[έ]λειαν [καὶ ἀσυλί-
αν καὶ ἐ[μ] πολέμωι κ[αὶ
ἐ]ν [ε]ἰράναι καὶ αὐτῶι
κ[α]ὶ [ἐκ]γόνοις καὶ κατὰ
γᾶν καὶ κατὰ θάλα[σ]σαν.
κατάλογος βουλᾶς·
[Α]ἰσ[χ]ίνας, Ναυφεύς.

Scriptura *στοιχηδόν* disposita est quarti saeculi. — Vs. 3 deest nomen patris et ethnici initium. — Vs. 8. 9 *κατάλογος βουλᾶς* ..., *Ναυφεύς* cf. ad n. 925.

916 N. 132. Stela cum aetomate; tituli versus primus in margine paulisper prominente. A. 0,73. l. 0,34. cr. 0,08.

Cavvadias, *Fouilles d'Épidaure* I 273. (Michel, *Recueil d'inscr. Grecques* 174.) — *Exscripsi.*

ΗΓΗΣΙΣΤΡΑΤΟΥ

ΕΔΟΞΕΒΟΥΛΑΙΚΑΙΔΑΜΩΙ
ΤΩΝΕΠΙΔΑΥΡΙΩΝΗΓΗΣΙ
ΣΤΡΑΤΟΝΕΚΑΤΑΙΟΥΚΑΡΔΙ
ΑΝΟΝΠΡΟΞΕΝΟΝΕΙΜΕΝΤΑΣ
ΠΟΛΙΟΣΤΑΣΕΠΙΔΑΥΡΙΩΝ
ΚΑΙΘΕΑΡΟΔΟΚΟΝΤΟΥΑΣ
ΚΛΑΠΙΟΥΚΑΙΑΥΤΟΝΚΑΙ
ΕΚΓΟΝΟΥΣΚΑΙΕΙΜΕΝΑΥ
ΤΟΙΣΑΤΕΛΕΙΑΝΚΑΙΑΣΥ
ΛΙΑΝΚΑΙΕΜΠΟΛΕΜΩΙΚΑΙ
ΕΝΕΙΡΑΝΑΙΚΑΙΚΑΤΑ
ΓΑΝΚΑΙΚΑΤΑΘΑΛΑΣΣΑΝ
ΚΑΤΑΛΟΓΟΣΒΟΥΛΑΣΑΡΙ
ΤΙΩΝΕΡΙΛΑΙΣ

Ἡγησιστράτου.

Ἔδοξε βουλᾶι καὶ δάμωι
τῶν Ἐπιδαυρίων· Ἡγησί-
στρατον Ἑκαταίου Καρδι-
ανὸν πρόξενον εἶμεν τᾶς
πόλιος τᾶς Ἐπιδαυρίων
καὶ θεαροδόκον τοῦ Ἀσ-
κλαπιοῦ, καὶ αὐτὸν καὶ
ἐκγόνους, καὶ εἶμεν αὐ-
τοῖς ἀτέλειαν καὶ ἀσυ-
λίαν καὶ ἐμ πολέμωι καὶ
ἐν εἰράναι καὶ κατὰ
γᾶν καὶ κατὰ θάλασσαν.
κατάλογος βουλᾶς· Ἀρι-
σ]τίων, Ἐριλαΐς.

Scriptura *στοιχηδόν* disposita, saeculi quarti. — Vs. 14 sq. *κατάλογος βουλᾶς* ... *Ἐριλαΐς*: v. ad n. 925.

917 N. 20. Stela marmorea, aetomate instructa, infra fracta. A. 0,35. l. 0,33. cr. 0,07.

Inde a versu octavo Baunack, *Aus Epidauros* 10 litteris minusculis. Integrum Cavvadias, *Fouilles d'Épidaure* I 233. Blinkenberg, *Nordisk Tidsskr. f. filol.* n. s. 10, p. 276 n. 28; cf. eundem ibid. III 3, p. 157 sq. (Michel, *Recueil d'inscr. Grecques* 175. Dittenberger, Sylloge² 466.) — *Exscripsi.*

ΘΕΟΣΤΥΧΑΑΓΑΘΑΕΔΟΞΕΤΟΙΣ
ΕΠΙΔΑΥΡΙΟΙΣΑΣΤΥΠΑΛΑΙΕΥ
-ΙΝΑΠΟΙΚΟΙΣΕΠΙΔΑΥΡΙΩΝ
ΕΟΥΣΙΝΚΑΙΕΥΕΡΓΕΤΑΙΣΑΤΕ
\ΕΙΑΝΕΙΜΕΝΠΑΝΤΩΝΚΑΙΑΣΥ
ΛΙΑΝΚΑΙΕΝΙΡΑΝΑΙΚΑΙΕΝΠΟ
ΛΕΜΩΙΚΑΙΚΑΤΑΓΑΝΚΑΙΚΑΤΑ
ΘΑΛΑΣΣΑΝΚΑΙΤΑΙΑΡ ΙΙΑΤΑ
-ΩΝΑΣΤΥΠΑΛ ΞΩΝΠΕΝΙΠΕΣ
ΙΣΥΝΤΑΙΤ ΕΠΙΔΑΥΡΙΩΝ
ΠΑΙΚΑΙΘΥΕΝΤΟΙΣΘΕΟΙ
ΕΝΕΘΙ

Var. lect. Versum 5 totum et vs. 6 in. omisit Cavv., quod correxit Τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀσκληπιοῦ 220 adnot. 3 ‖ vs. 11 sq. Baun. perperam: *καὶ θ[ύ]εν τοῖς θ[ε]ο[ῖς | τῶν Ἀ]σ[τυ]π[αλαιέων.*

Θεός· τύχα ἀγαθά. Ἔδοξε τοῖς
Ἐπιδαυρίοις· Ἀστυπαλαιεῦ-
σ]ιν, ἀποίκοις Ἐπιδαυρίων
ἐοῦσιν καὶ εὐεργέταις, ἀτέ-
λ]ειαν εἶμεν πάντων καὶ ἀσυ-
λίαν καὶ ἐν (ε)ἰράναι καὶ ἐν πο-
λέμωι καὶ κατὰ γᾶν καὶ κατὰ
θάλασσαν, καὶ τὰ ἀνχ[ώ]ματα (τὰ)

τ]ῶν Ἀστυπαλ[αι]έων πέμψαν-
τα]ι σὺν ταῖ τ[ῶν] Ἐπιδαυρίων
πομ]πᾶι καὶ θύεν τοῖς θεοῖ[ς
τοῖς] ἐν Ἐπι[δαύρωι - -

Titulus *στοιχηδόν* dispositus quarti est saeculi. — Vs. 3. Scymnus 551 quod Astypalaeenses Megarensium dicit colonos, aut errat aut, quod verisimilius, et Megaris et Epidauro cives in insulam erant deducti. Certe Aesculapii cultus, qui Astypalaeae florebat (v. Inscr. Ins. III 167. 186. 187) originem duxit ab Epidauro. — Vs. 6 *ἱράναι* recte videtur censere Cavv. scriptum esse per errorem. Nam occurrit quidem *ἱρ.* in Boeotia, Arcadia, Creta (G. Meyer, *Griech. Grammatik*[3] 98), sed in titulis Epidauriis reliquis est *εἰράνα*. — Vs. 8—10 supplevit Baun., nisi quod sumpsi in fine versus octavi lapidarium omisisse iterare TA. Quod coniecit Dittenb. *τὰ ἱα[ρεῖ]α τά* repugnat lapidi. — Vs. 12 supplevit Blinkenberg (*βοῦν*(?) *ἐν Ἐπιδαύρωι* Cavvadias).

---

918 N. 130. Stela instructa aetomate, sub quo expressus est anaglypho equus alatus (quem quidem exhiberi ut symbolum Lampsaci urbis intellexit Perdrizet). A. 1,07. l. infra 0,37, supra 0,33. cr. 0,09.

Cavvadias, *Fouilles d'Épidaure* I 274. Symbolum repraesentat Perdrizet, *Bull. de corr. Hell.* 20, 1896, p. 553, addens versus duos primos ex ectypo lectos. — *Exscripsi.*

Ε Δ Ο Ξ Ε Β Ο Υ Λ Α Ι Κ Λ Ι Λ Α / ? Ι
Ε Π Ι Δ Α Υ Ρ Ι Ω Ν Θ Ε Ο Φ Α Ν Τ Ο Ν
Λ Ι Μ Π Ρ Ο Υ Λ Α Μ / Α Κ Η Ν Ο Ν Γ Ρ Ο
Ξ Ε Ν Ο Ν Ε Ι Μ Ι Ν Κ   Ι Ε   Ι Ρ Γ Ε
Γ Α Ν Τ Α   Ι'   Σ Τ Α Σ Ι Ι' Ι Δ Α Υ
Ρ Ι Ϡ Ν Ι Α Ι Ο Ε Α Ρ Ο Δ Ο Ι   Ν Ι Ο Υ
Λ Σ Ι Λ Α Π Ι Ο Υ Κ Α Ι Α Ι Ι Ο   Α
L   Γ Ο Ν Ο Υ Σ Κ Α Ι Ε Ι Μ Ε Ν Λ Υ Τ Ο
Τ Ε Λ Ε Ι Α Ν Ι Α Ι Α   Υ Λ Ι Α
Ε Ι Π Ο Λ Ε Ι Ω Ι Κ Α Ι Γ Ν Ε Ι Ρ Α
Ν Α Ι Κ Α Ι Κ Α Τ Α Γ Α Ν Κ Α Ι Κ Α Τ Α
Ϡ Α Λ Α   Α Ν Κ Α Ι Π Ρ Ο Ε Δ Ρ Ι Α Ν
Ε Ν Τ Ο Ι   Α Γ Ω Σ Ι Τ Ο Ι Σ Δ Α Μ Ο
Ι Ο Ι Σ Κ Α Τ Α Λ Ο Γ Ο Σ Β Ο Υ   Λ Σ
Ε

Var. lect. Cavv. ut anaglypho suprascriptum exhibet Θεόφαντος Λαμψακηνὸς, quod certus sum non extitisse: in lapide valde detrito hoc loco fissurae fallacem praebent speciem; quod O visum Cavvadiae, est foramen fortuitum ‖ vs. 2 extr. ΘΕΟΓΝΗΤΟΝ Homolle ap. Perdr. ex ectypo ‖ vs. 3 in. Ἀλμυροῦ Cavv., de quo iure suo dubitavit Perdr.

Ἔδοξε βουλᾶι καὶ [δάμ]ωι
Ἐπιδαυρίων· Θεόφαντον
Λ[ά]μπρου Λαμ[ψ]ακηνὸν [π]ρό-
ξενον εἶμ[ε]ν κ[α]ὶ ε[ὐε]ργέ-
τ]αν τᾶ[ς πόλιο]ς τᾶς [Ἐ]πιδαυ-
ρί[ω]ν [κ]αὶ θεαροδό[κο]ν [τ]οῦ
Ἀσ[κ]λαπιοῦ, καὶ α[ὐτ]ὸ[ν κ]α[ὶ
ἐ[κ]γόνους, καὶ εἶμεν αὐ[τ]ο-
ῖς ἀ]τέλειαν [κ]αὶ ἀ[σ]υλία[ν
καὶ] ἐ[ν] πολέμωι καὶ [ἐ]ν εἰρά-
ναι καὶ κατὰ γᾶν καὶ κατὰ
θ]άλα[σσ]αν καὶ προεδρίαν
ἐν τοῖ[ς] ἀγῶσι τοῖς δαμο-
σ]ίοις. κατάλογος βου[λ]ᾶς·
.ε--, - - -

Titulus *στοιχηδόν* scriptus quarti est saeculi. Supplementa sunt Cavvadiae. — Vs. 14 *κατάλογος βουλᾶς*: v. ad n. 925.

---

919 N. 256. Fragmentum tabulae marmoreae; ad dextram servatus margo. A. 0,38. l. 0,28. cr. 0,05.

Cavvadias, *Fouilles d'Épidaure* I 275. — *Exscripsi.*

Λ Α Ι Κ Ι Δ Α Μ Ω
Ω Ν Ι   Ϡ Ξ Ε Ι Ο Ν
Ε Ρ   Ε Τ Α Ν Τ Λ
Α Ι Θ Ε Α Ρ Ο Δ Ο Κ
Λ Π Ν Α Σ Ι Μ Ε Ν
Ο Κ Υ Π Ρ Ο Υ *vac.*
Ξ   Γ Ο Ν Ο Υ Σ Κ Α Ι
Ο Ι Σ Α Τ   Λ Ε Ι Α Ν
Α Ν Κ Α Ι   Μ Π Ο Λ Ε
Ξ . Ρ Α Ν   Ι Κ Α Ι Κ Α
Κ Α Τ Α Θ   Λ Α Σ Σ Α Ν
Ι Β Ο Υ Λ Α Σ *vacat*
Ϻ Ε Λ Κ Ι Δ Ω Ν
vacat

Ἔδοξε βου]λᾶι κ[α]ὶ δάμω-
ι Ἐπιδαυρί]ων [πρ]όξε[ν]ον [ε-
ἶμεν καὶ εὐ]ερ[γ]έταν [τ]ᾶ[ς
πόλιος κ]αὶ θεαροδόκ[ον Ἀ-
σκλαπιοῦ Φ(?)]ώνακ Σαμιν-
.... ἀπ]ὸ Κύπρου,
αὐτὸν καὶ] ἐ[κ]γόνους, καὶ
εἶμεν αὐτ]οῖς ἀτ[έ]λειαν
καὶ ἀσυλί]αν καὶ [ἐ]μ πολέ-
μωι καὶ ἐν] ε[ἰ]ράν[α]ι καὶ κα-
τὰ γᾶν καὶ] κατὰ θάλατταν.
κατάλογος] βουλᾶς·
........, Μελκιδῶν.

Quarti saeculi. Scriptura *στοιχηδόν* disposita, a quo ordine tamen paulisper aberratum est in versu quarto. Supplementa sunt Cavvadiae, nisi quod in versu sexto scribit - - - Φιλ(?)]οκύπρου, ut praeter honorati patrem indicatus sit avus; sed nullo modo omitti poterat thearodoci patria. Constat igitur post nomen patris, de quo dixeris deesse perpauca: Σαμίν[ιος] s. Σαμίν[α], secutum esse ethnicum vici Cyprii. Vs. 13 in. periit nomen catalogi; cf. ad n. 925.

---

920 N. 115. Pars superior stelae aetomate instructae e lapide calcario. In ipsa stela supra titulum anaglypho eximiae artis sculptum est caput mulieris circumdatum delphinis tribus. A. 0,47. l. 0,31. cr. 0,07.

Cavvadias, *Fouilles d'Épidaure* I 276. Perdrizet, *Bull. de corr. Hell.* 20. 1896, p. 555. — *Exscripsi.*

Ε Β Ο Υ Λ Α Ι Ι
Ι Ω Ν

Ἔδοξ[ε βουλᾶι [καὶ δάμωι
Ἐπιδαυρ]ίων [τὸν δεῖνα
[- - - - - πρόξενον κτλ.

Quarti saeculi; scriptura *στοιχηδόν* erat disposita. Intellexit Perdrizet anaglypho repraesentatum esse insigne patriae eius qui honoratus esset, sed quod constare censet eum fuisse Syracusanum, fallitur; occurrit enim similis repraesentatio in nummis Lai, Neapolis, Tarenti.

921 Frustulum marmoreum; ad sinistram servatus margo. A. 0,085. l. 0,10. — *Exscripsit Fredrich.*

[εἶμεν αὐτοῖς ἀτέλει-
αν [καὶ ἀσυλίαν καὶ κα-
τὰ γᾶν [καὶ κατὰ θάλασσ-
αν καὶ ἐ[μ πολέμωι καὶ
ἐ[ν εἰρ[ήναι - - - - -

922 N. 116. Fragmentum stelae e lapide calcario. Ad sinistram servatus margo. A. 0,32. l. 0,31. cr. 0,09. — *Exscripsi.*



- - - - ον, δεδ[όσθαι δὲ αὐτοῖς
π[ρο]εδρία[ν] ἐν τοῖς ἀγ[ῶσιν οὓς ἁ πό-
λις [π]οιεῖ, εἶμεν δὲ α[ὐτοὺς θεαρο-
δόκους τοῦ Ἀπόλλ[ωνος καὶ τοῦ Ἀσ-
κλαπιοῦ.

923 N. 172. Fragmentum lapidis calcarii, supra servatus margo. Versus primus superscriptus in regula prominente, litteras exhibens reliquis duplo maiores.

J. Baunack, Philologus 54, 1895, p. 60 n. 1. — *Exscripsit Fredrich; contuli.*

Varia lectio Baunackii. Omissa: totus versus primus, vs. 2 extr. Ʌ, vs. 3 in. Α || vs. 4 extr. ΛΗ; litteram ultimam fuisse My vel nunc constat, ut hoc loco pleniorem invenisse lapidem videatur Baun. || vs. 5 nil nisi ΝΟ.

Μενεκλῆς Μεν]εκλέ[ος.
Ἁλιαίαι ἔδοξε τελείαι τῶν ....ι] Εἰάρων ἀρή(τευε) δ[αμι-
οργῶν· ὑστεραίαι πρατομηνί]ας· γρο(φεύς) Λυσι- - - - - -
- - - - εἶμεν Μ[ενεκλῆ Μ[ενεκλέος - - - - - - - -
- - - - - πρόξε]νον - - - - - - - - - - - -

Quamquam in versu primo media litterae Ε linea apice est instructa, titulus videtur esse quarti saeculi, tertio certe non est recentior. Amplam fuisse scripturae latitudinem sequitur e nomine honorati diductis litteris superscripto; decretum nos tenere urbis Argivae monstrat vox ἀρήτευε (cf. adnotata ad n. 497): restitutionem igitur proposui ad exemplum titulorum n. 497. 498. — Vs. 2 cum ante Iota desit interpunctio, - - ι Ἰάρων legi nequit; erat Εἰάρων s. -ειάρων. — Vs. 4 nomina recte supplevit Baun.

924 Fragmenta septem eiusdem tabulae e lapide calcario. *A* et *B*, in quibus servatus margo laevus — minima quidem particula in *B* — ita componi possunt, ut exemplum meum indicat. In *F* et *G* infra servatum est spatium vacuum, in *G* quidem tam amplum ut id certe constet esse de fine.

A (n. 152) a. 0,20. l. 0,11. cr. 0,140. *B* (n. 511) l. 0,15. cr. 0,142. *C* (n. 151) a. 0,11. l. 0,29. cr. 0,142. *D* (n. 150) a. 0,20. l. 0,15. cr. 0,142. *E* (n. 523) a. 0,045. l. 0,05. cr. 0,07. *F* (n. 155) a. 0,11. l. 0,22. cr. 0,142. *G* (n. 168) a. 0,17. l. 0,15. cr. 0,07.

F et *G* non animadvertens de eodem titulo esse edidit Baunack, Philologus 54, 1895, p. 61 n. 6 et p. 24. — *F* et *G exscripsit Fredrich, reliqua ego*

A



D



C

ΑΣΝ
ΞΕΙΝΕ
Γ ΗΣΘΑΙΤ
ΙΝ ΗΕΙΣΑΓ
ΙΠΕΙ ΘΩΜΕΝ
ΙΠΟΓΡΑΦΕΣΘΩ
Σ — ΥΠΕΥΘΥΝΟΥΣ
ΓΦΑΣΔΙΔΟΤΩΚΑΤΑ
Ν Τ Α Σ Π Ρ Ο Ε Δ Ρ Ο Υ Σ
Ν Τ Η Ι Π Ρ Ω Τ Η Ι Ε
Π ΡΟΕΔΡΕΥΕΙΝ
ΚΑΤΑ

E

ΩΕΔΟ
ΣΥΝΕ
ΩΝ
Ι Ι

G

ΟΜΕΝ
ΩΝΡΑΣΙ
ΣΣΥΝΕΔΡΟΥΣ
ΥΟΕΚΑΣΤΗΣΤ
ΝΝΟΣΗΣΑΣΕΞ
ΝΤΕΤΑΓΜΕΝΗΝ
ΤΟΝΙΠΠΕΑΗΜΙΜ
ΝΔΕΚΑΔΡΑΧΜ
ΡΟΝΟΣΤΗΣΣΤΡΑ
vacat

F

ΤΟΝΤΟ
ΣΔΡΟΙΑΝΜΗΤΕ
ΙΡΟΣΤΕΙΛΗΙΤΗΝΔΥ
ΕΤΩΕΚΑΣΤΗΣΗΜΕΡΑΣ
ΓΙΚΟΣΙΔΡΑΧΜΑΣ — ΚΑΤΑ
ΡΑΧΜΑΣΕΩΣΑΝ
vacat

Varia lectio Baunackii. *F* vs. 2 in. omissum ι. || vs. 3 ΤΕΙΔΗΙ || vs. 5 ΧΑΤΑ. — *G* vs. 3 extr. ΡΑΣΙ supplet ῥάσ[ματα, sed non erat My || vs. 10 in. omittens ? supplet μ]όνος.

A + B

. . . . . το- - - - - - -
. . . ίας τῶν [- - - - -
[η] παρὰ τὸν - - - - - ἐ-
πάντων - - - - - -
σιν ἔθε[ν - - - - πρά(?)-
ξειν τε[- - - - - - συνέ-
δρους - - - - - - -
ιων, τ- - - - - - -
αὐτ[ε - - - - - - -
πι[λ- - - - - - -
πο- - - - - - -
ν- - - - - - - -
. . τῆ]ν αὐτὴν - - - -
τοῖ]ς ἄλλοις ε- - - -

D

- - - - - - - - -
- τοὺ]ς ἀποστελλο[μένους
τοὺς] ἐκπεμπομένου[ς
- - ομένους ἐπὶ τὰ[ς s. ταῖ]ς
- - ι αἰτίαι, ἂν δέ τι
- - σαν καὶ οἱ σύ[νεδροι
ἐν] εἰρήνηι τοῖ[ς
συν]έδροις καὶ
. λε]λοιπυί[ν-
ἀποστ]έλλω[νται
- - - - - - -

C

- - - - - - ας ν-
- - - - - - ζειν ε-
- - - - - - - ἐστ]ῆσθαι (s. ἠ]γῆσθαι, ἡμαρτ]ῆσθαι)
- - - - - - ε]ιν ἢ εἰσάγ[ειν
- - - - - - - πειθομέ[νους
- - - - - ἀ]πογραφέσθω
- - - - ς· ὑπευθύνους
ἀπο(?)γρα]φὰς διδότω κατὰ
αἱρεθέ]ντας προέδρους
ἐ]ν τῆι πρώτηι ἐ[κκλησίαι (s. ἕ[δραι)
προεδρεύειν - - - -
κ]ατὰ [τ- - - - -

E

δεδο-
συν[εδρ-
- - ων
- - -

F + G

F -
- - - - - - - - - - - - - - - ειεν - - - - - - - - -
- - - - - - - - - - - - - - - ων ῥᾶσ]τα - - - - - -
- - - - - - - - - - - - - - - τοὺ]ς συνέδρους - - - - - -
- - - - - ε τὸν το[- - - - - - - - δ]ύο ἑκάστης τ[ῆς ἡμέρας . . . .
. . . . . οἱ σύν]εδροι, ἂν μήτε - - - - - - - ν νοσήσας ἐξ - - - - - -
G ἂν μὴ] ἀποστείλωι τὴν δύ[ναμιν τὴν] τεταγμένην - - - - - - - -,
ἀποτιν]έτω ἑκάστης ἡμέρας [κατὰ] τὸν ἱππέα ἡμιμ[ναῖον, κατὰ δὲ ὁ-
πλίτην ε]ἴκοσι δραχμάς, κατὰ [δὲ ψιλὸ]ν δέκα δραχμ[άς, κατὰ δὲ ξένον
πέντε(?) δ]ραχμάς, ἕως ἂν [ἐξέλθηι ὁ χ]ρόνος τῆς στρα[τείας.

Tenemus reliquias foederis icti quarto vel tertio a. Chr. n. saeculo inter respublicas, in quarum numero fuisse Athenas probatur dialecto Attica.

A vs. 2 in. moneo certum esse Iota. — In *C* vs. 7, *F* vs. 5 linea directa est pro interpunctione. — *D* pars fuisse videtur eiusdem pactionis atque *F. G*, in qua actum erat de militibus a singulis civitatibus mittendis.

D vs. 5, *F* vs. 2 ἂν pro ἐάν, cf. Meisterhans, *Grammatik der att. Inschr.*[3] 213, 38. *F* et *G* quin alterum iuxta alterum collocatum fuerit, e restitutione vix videbitur dubium.

925 N. 292. Stela lapidis calcarii. Scriptura manibus compluribus est exarata; pars eius στοιχηδόν disposita. Post versum 63 παραγραφή est insculpta; versus singuli ultimi (inde a vs. 64) inter lineas scripti. A. 1,59. l. 0,775. cr. 0,195.

Exemplum meum tituli perdifficilis lectu exscriptum e lapide magnopere amplificavi ex ectypo; in itinere altero complures locos denuo inspexi.

Praecedunt versus fere tredecim, qui legi nequeunt.

ΝΟΣΑΠΕΛ ΑΙΟΥΤΕΤΑΡΤΑΙΤΕΛΕΙΑΙΕΠΙΚΑΤΑΛΟΓΩΝΒΟΥΛΑΣΣΙ ΓΙ
ΟΣΕΠΙΚΡΑΤΕΟΣΕΔΟΞΕΒΟΥΛΑΙΚΑΙΔΑΜΩΙ Ι ΥΡΙΩΝΠΙ
ΕΡΓΕΤΑ Τ ΟΛΙΟΣΙΩ ΕΡΙΛ ΙΩΝΚΑΙΘ ΑΡ ΛΟΚ ΙΟΥΑΠΟΛΛΩΝ Α
ΠΙΟΥΑΙΗΣΑΡΧΟΝΑΡΙ ΙΟΜΕ ΞΥ ΥΜΙΙΟΝ Λ
ΕΥΣΦΑΛΛΣΑ Ν Ν ΛΛΟ Ι
ΝΙΟΝΠΡΟΞΕΝΟΝΛΑΜΑΤΡΙΟΝΜ////////////////// *vacat*

ΜΗΝΟΣΑΠΕΛΛΑΙΟΥΤΕΤΑΡΤΑΙΤΕΛ ΑΙ ΠΙΚΑΤ ΟΥΛΑΣΣ ΛΕΓΕΙΣΑΝΔΡΟΥ
ΚΡΙΟΣΕΔΟΞΕΒΟΥΛΑΙΚΑΙΔΑΜΩΙΤΩΝΕΠΙΔΑΥΡΙ Ν ΞΕΝΟΥΣΕΙΜΕΝΚΑΙΕΥΕΡΓΕΤΑΣΤΑΣ
ΠΟΛΙΟΣΤΩΝΕΠΙΔΑΥΡΙΩΝΚΑΙΘΕΑΡΟΔΟΚΟΥΣΤΟΥΑΠΟΛΛΩΝΟΣΚΑΙΤΟΥΑΣΚΛΑΠΙΟΥ
ΠΟΝΕΡΑΣΙΠΠΟΥΑΙΓΙΗΑΛΚΙΜΑΧΟΝΑΛΚΙΜΑΧΟΥΑΙΓΙΝ *vacat*

ΜΗΝΟΣΑΠΕΛΛΑΙΟΥΤΕΤΑΡΤΑΙΤΕΛΕΙΑΙΕΠΙΚΑΤΑΛΟΓΩΝΒΟΥΛΑΣΚΟΛΩΝΑΙΑ
Τ ΛΓΔΟΞΕΒΟΥΛΑΙΚΑΙΔΑΜΩΙΤΩΝΕΠΙΔΑΥΡΙΩΝ ΞΝΚΑΙΕ
ΙΟ ΤΩΝΕΠΙΔΑΥΡΙΩΝΚΑΙΘΕΑ ΛΩΝ ΙΛΑΡ
ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣΓΕΡΩ ΙΟΝΟΠΩΝΑΠΟΛΙΑΤΕΓΕΑΤΑΝΑ ΟΥΑ
ΣΙΟΔΗΜΟΝΑΘΗΝΑΙΟΥΑΛΕΞΑΝΔ ΑΓΝΙΝΑΝΔΡ – ΤΑΥΧΟΡΙΟΝ
ΠΡΟΞΕΝΟΙΑΡΙΣΤΕΥΣΑ ΝΙΚΙΙΠΟ Α ΙΣΤΩΝΧ
ΑΙΧΑΓΟΡΙΔΑΛΙΓΙΕΥΣΣ ΑΝΙ ΑΣΙ Υ ΞΕΙ ΑΓΟΡΑΣΙΣΟΥΚΝΟΣΙΟΣΕ
ΑΥΤΟΙΣΚΑΙΕΝΓΟΝΟΙΣΑΤΕΛΕΙΑΝΚΑΙΑΣΥΛΙΑΝΚΑΙΚΑΤΑΓΑΝΚΑΙΚΑΤΑΘΑΛΑΣΣΑΝΚΑΙΕΝ
ΠΟΛΕΜΩΙΚΑΙΕΝΕΙΡ ΝΑΙ ΑΙΑΥΤΟΙΣΚΑΙΧΡΗΜΑΣΙ *vacat*

ΕΠΙΚΑΤΑΛΟΓΩΝΒΟΥΛΑΣΜΗΝΟΣΑ ΕΛΛΑΙΟΥΕΠ ΣΤΕ Γ ΙΑΛΙΔΟΣΙΑΞΙΛ ΙΑΠΙΛΑΝΕΟΣ
ΑΛ ΙΙ Ο ΟΣΕΔΟΞΕΡΟΥΛΑΙΚ Ι ΔΑΜ Τ Ν ΟΞΕΙΟ ΣΕΙΜΕΝΚ ΘΕ ΔΟΚΟΙ
ΤΟΥ Α ΕΑΤΑΚΑ ΟΥΑΣΚΛΑΠΙΟΥ ΛΙΝΑ ΟΝΣΥ ΛΞΙΔΑΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΟΝ Α ΓΑ
ΕΙΜΕΝ ΑΥΤΟΙΣΚΑΙ ΟΝΟΣΑ ΕΛΕΙΑ ΛΣΥΛΙΑΝΚΑΙΚΑΤΑΓΑΝΚΑΙΚΑΤΑΘΑΛΑΣΣΑΝΙ Ε
ΚΑΙΕΝΕΙΡΑΝΑΙ ΑΙΑΥΤΟΙΣΚΑΙ ΝΑΣΙ *vacat*

ΜΗΝΟΣΑΠΕΛΛΑΙΟΥΕΠΙΚΑΤΑΛΟΓΩΝΒΟΥΛΑΣΤΑΣΤΕΛΕΙΑΣΝΙΚΟΛΙΔΟΣΘΙΟΦΑΝΕΥ ΙΑΡΟΚΛΕΥΣΘΕΑ
ΚΟΙΤΟΥΑΠΟΛΛΩΝΟ ΚΑΙΤΟΥΑΣΚΛΑΠΙΟΥ ΑΙΠΡΟΞΕΝΟΙΤΑΣΠΟΛΙΟ ΑΝ ΑΞΙΔΑΜΟΣΕΥ ΑΤΟΥΛΕΓΑ
ΠΟΛΙΤΑ ΘΕΟΚΤΑΣΑΡΙΣΙΑΙΝΟΥΗΡΑΕΥΣ ΟΞΕΝΟΣΣΩΤΑΔΑΣΚΙΗΣ *vacat*

ΜΗΝΟΣΑΠΕΛΛΑΙΟΥΕΠΙΚΑΤΑΛΟΓΩΝΒΟΥΛΑΣΤΑΣΤΕΛΕΙΑΣΙΣΑΡΝΙΑΣΘΙΟΤΕΛΕΥΣΑΞΙΟΧΟΥΣΙ
ΤΕΛΕΙΑΙΕΔΟΞΕΠΡΟΞΕΝΟΝΕΙΜΕΝΤΑΣΠΟΛΙΟΣΤΩΝΕΠΙΔΑΥΡΙΩΝΕΥΒΟΥΛΟΝΕΥΑΝΔΡΟΥΚΝΩΣΙΟΝ

ΜΗΝΟΣΑΠΕΛΛΑΙΟΥΕΠΙΚΑΤΑΛΟΓΩΝΒΟΥΛΑΣΤΑΣΤΕΛΕΙΑΣΙΣΑ ΑΣΘΙΟΤΕΛΕΥΣΑΞΙΟΧΟΥΙ
ΤΕΛΕΙΑΙΕΔΟΞΕΠΡΟΞΕΝΟΝ ΜΕΝΤΑ ΟΛΙΟΣΤΩΝΕΠΙΔΑΥΡΙΩΝ ΑΣΙ ΠΟΝΕΥΟ
ΠΟΛΙΤΑΝ *vacat*

ΕΠΙΚΑΤΑΛΟΓΩΝΒΟΥΛΑΣΕΠΙΤΑΣΤΕΛΕΙΑΣΥΠΕΡΘΕΝΞΕΝΟΚΛΕΥΣΦΙΛΙΣΤΙΔΑΜΗΝΟΣΑΠΕΛΛΑΙΟΥ
ΠΡΟΞΕΝΟΥΣΕΙΜΕΝΤΑΣΠΟΛΙΟΣΤΩΝΕΠΙΔΑΥΡΙΩΝΦΟΡΣΥΑΣΛΑΓΟΡΙΔΑΟΡΧΟΜΕΝΙΟΣΑΡΙΣΤΟΚΡΑΙ
ΑΓΩΝΙΠΠΟΥΗΡΑΙΕΥΣ ΜΕΝΑΝΔΡΟΣΦΙΛΟΚΛΕΥΣ ΚΑΛΑΥΡΕΑΤΑΣ *vacat*

ΕΠΙΚΑΤΑΛΟΓΩΝΒΟΥΛΑΣΕΠΙΤΑΣΤΕΛΕΙΑΣΜΙ ΙΑΔΟΣΑΡΙΣΤΟΛΑΚΑΙΔΑΜΟΚΛΕΥΣΚΑΙΑΡΙΣΤΟΛΑΜΟΥ
ΜΗΝΟΣΑΙ ΛΛΑΙΟΥΤΕ ΑΡΤΑΙL ΛΟΞΕΓ ΟΞ ΟΥΣΕΙΜΕΝΤΑΣΠΟΛΙΟΣΚΑΙΘΕΑΡΟΔΟΚΟΥΣΤΟΥΑΠΟΛΛ ΝΟ Κ
ΑΣΚΛΑΠΙΟΥΛΥΞΙΒΙΟΝΟΕΥ ΩΡΟΥΛΛΕΙΟΝΤΙΜΙΑΝΑΟ ΝΙΣΝΟΣΚΛΕΙΤΟΡΙΟΝ *vacat*

ΕΠΙΚΑΤΑΛΟΓΩΝΒΟΥΛΑΣΕΠΙΤΑΣΤΕΛΕΙΑΣΑΠ ΠΑΓΑΣΙΝΑ Α ΤΑΡΧΟΥΞΕΝΟΔΟΚΟΥΤΣ ΙΔ
Ο ΕΔΟΞΕΠΡΟΞΕΝΟΝΚΑΙΘΕΑΡΟΔΟΚΟΝΕΙ ΟΣ ΓΟΡΓΙΠΠΟΝΤΥ ΧΑΝΙΔΑΦΕΝΕΑΤΑΝ *vacat*
ΕΠΙΚΑΤΑΛΟΓΟΥΒΟΥΛΑΣΕΠΙΤΑ ΤΕΛΕΙΑΣ ΙΙΝΟΙ ΠΡΟΞΕΝΟΝΕΙΜΕΝΙΙ
ΠΕΛΛΑΙ Ν *vacat*

ΜΗΝΟΣΑΠΕΛΛΑΙΟΥΚΑΤΑΠΟΛΙΝΤΕΤΑΡΤΑΙΤΕΛΕΙΑΙΕ ΟΥΛΑΣΕΠΙΤΑΣΤΕΛΕΙΑΣ
ΜΑΝΩΝΘΟΥΝΟΙΑΣΔΙΟΝΥΣΟΔΩΡΟΥΚΑΛΛΙΔΑΜΟΥΕΔ ΜΕΝΤΑΣΓ Λ ΑΡΟ
ΔΟΚΟΥΣΤΟΥΑΠΟΛΛΩΝΟΣΚΑΙΙΟΥΑΣΚΛΑΠΙΟΥΙ ΟΙΑ ΤΟ ΟΝ
ΚΑΙΣΙΙΥΛΟΝΝΙΚΟΣΤΡΑΤΟΥΑΡΙΣΙΟΝ *vacat*

ΜΗΝΟΣΑΓΕΛΛΑ Ο ΠΙΚΑΙΑΛΟ Ν3Ο
ΕΙΜΕΝ Κ Ο ΚΟΥΣΙΟΥΑΠ
ΑΣΥΛΙΑ
Π ΟΞΕΝΟΝΕΠΙ Ε ΤΛΛ
ΕΠΙΚΑΤΑΛΟΓΩΝΙ Υ/ΑΣΕΠΙΤΑΣΤΕΛ ΙΑΣΝΑ ΙΙΙΙΟΣΛ
ΔΟΚΟΥΣΤΟΥΑΠΟΛΛΩΝΟΣΚΑΙΤΟΥΑ /ΛΑΠΙΟΥ Ξ
ΣΩΤΗΡΙΧΟΥΜΕΣΣΑ ΟΝΦΑΝ Τ/ ΝΑΝΤΙΙΙ/ ΛΛΕΞΙΛΛΑΕ *vacat*

ΜΗΝΟ ΑΠ ΛΛΙΟΥΤΕΤΑΡΤΑΙΤΕΛΕΙΑΙΕΠΙ ΑΤΑΛΟ ΛΣ ΑΤΙΟΣΑ
ΝΟΥΣΕΙΜΕΝΚΑΙΘΕΑΙΟΔΟΚΟ ΤΟΥΑΠΟ ΛΩΝΟ Λ ΤΟ ΑΠΙΟΥ/ ΗΝΟΝΓ
ΜΟΝΙΟΝΦΙΛ ΝΑΣ ΤΑΙΡΙΧΟΥ ΞΣΣΑΝ ΟΝΠΑΛΑΙ Α ΩΝΟΞ ΟΝ ΑΡΧΙΔΑΝΑΛΞΙΛΛ
ΠΕΙΝΑΙ ΙΑ ΙΔΙ ΟΝ Α/ ΟΥ *vacat*
ΙΗΝΟ ΑΠΕΛΛΑΙΟΥΤΕΤΑΙΤΑ ΔΩΝΙΛΕΛ ΣΤΡΑΤΟΥΕΛ ΕΠ ΟΞΕΝΙ
ΕΙΜΕΝΚΑΣΣΑΝΔΡΩΙΑΙ ΑΙ ΟΜ ΠΙ ΝΕ ΑΛ ΛΙΤΑΙΔΙ ΝΥΣ
ΡΩΙΦΙΛΟΔΑΜΟΥΑΡΙΣΤΟΜΑ ΩΙΣΟ ΟΙΣΛΟΙΠΟΙ ΡΟΞΕΝΟΙΣ *vacat*
ΜΗΝΟΣΑΠΕΛΛΑΙΟΥΤΕΤΑΡΤΑΙ ΙΕΠΙΚΑΤΑΛΟΓΩΝΒΟΥΛΑΣ ΞΙΑΤΙΟΣΑΡΙΣΤΟΚ ΛΤΕΟΣΛΥΣΕΑΕΔΟΞΕΠΡΟΞΕ
ΝΟΥΣΕΙΜΕΝΤΑΣΠΟΛΙΟΣΤΩΝΕΠΙΔΑΥΡΙΩΙΑΡΙΣΤΩΝΑΛΙΙΣΤΟΚΡΑΓΕΟΣ ΙΗΦΙΛΙΠΠΟΥΤΕ ΓΣΛΤΑ Ν ΚΑΓΑ ΝΑΡΙΣΤΟ
ΔΕΟΣΦΕΝΕΑΤΑΝ *vacat*

ΜΗΝ ΣΑΠΕΛΛΑΙΟΥΕΠΙΚΑ ΑΛΟΓΩΝΒΟΥΛΑΣΕΠΙΤΑΣΤΕ Δ ΝΩΜΙΑΤΙΑ ΣΕΙΜΑΡΧΟΥΣΜ Ν ΤΟΣΛΥΣΙΦΑΝΕΟΣΑΙ ΙΣΤΟΚΡΑΤΕΥΣ
ΕΤΑΙΒΟΥΛΑΙΤΩΝΕΠΙΔΑΥΡΙΩΝΕΥΚΛΕΙΔΑΝΤ/ΝΠΟΤΑΝΠΡΟΞΕΝΟΝΕΙΜ ΑΙΞΥΕΡΓΕΤΑΝΤΑΣΠΟ/ ΟΣ ΝΕΙ ΔΑΥΡΙΟ
ΥΤΟΝΚΑΙΕΚΓΟΝΟΥΣΕΙΜΕΝΔΕ Α Υ Τ Ι Α Σ Υ Λ Ε Ι Α Ν ΚΑΙ ΑΤΑΓΑΝΚΑΙΚΑΤΑΘΑΛΑΣΣΑΝΚΑΙΤΑΛΟ Ι Π Α Ο Σ Α ΚΑΙΤΟΙΣ
ΟΙΣΠΡΟΞΕΝΟΙΣ *vacat*

vacant 30 fere centimetri

Μη]νὸς Ἀπελ[λ]αίου τετάρται τελείαι· ἐπὶ καταλόγου βουλᾶς, Σε[λεγε]ῖ[ς, - - - ...ος Ἐπικράτεος· ἔδοξε βουλᾶι καὶ δάμωι [τῶν Ἐπιδα]υρίων· π[ροξένους εἶμεν καὶ εὐεργέτα[ς] τ[ᾶς π]όλιος [τ]ῶ[ν] Ἐπι[δαυρ]ίων καὶ θ[ε]αρ[οδ]όκ[ους τ]οῦ Ἀπόλλω[νος κ]α[ὶ τοῦ Ἀσκλαπιοῦ Ἀ[γά]ταρχον Ἀρ[ιστ]ομέ[ν]ευ[ς Δ]υμ[α]ῖον, - - - - - - -, - - - - - - - ...ιος Φαλαστα[ρ]ῆ[ιο]ν, - - - - - - - - - - - - - - - - - νου· πρόξενον [Δ]αμάτριον Μ- - - - - - -

Μηνὸς Ἀπελλαίου τετάρται τελ[εί]αι· [ἐ]πὶ κατ[αλόγου β]ουλᾶς, Σ[ε]λεγεῖς, Ἀνδρου, - κριος· ἔδοξε βουλᾶι καὶ δάμωι τῶν Ἐπιδαυρί[ω]ν· [προ]ξένους εἶμεν καὶ εὐεργέτας τᾶς πόλιος τῶν Ἐπιδαυρίων καὶ θεαροδόκους τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ τοῦ Ἀσκλαπιοῦ [Ἐράτιππον Ἐρατίππου Αἰγιῆ, Ἀλκίμαχον Ἀλκιμάχου Αἰγιν[άταν.

Μηνὸς Ἀπελλαίου τετάρται τελείαι· ἐπὶ καταλόγου βουλᾶς, Κολωνεία, - - -, - - τ[ρ α. ε]ύα· [ἔ]δοξε βουλᾶι καὶ δάμωι τῶν Ἐπιδαυρίων· [προξένους εἶμε]ν καὶ ε[ὐεργέτας τᾶς πό]λιο[ς] τῶν Ἐπιδαυρίων καὶ θεα[ροδόκους τοῦ Ἀπόλ]λων[ος καὶ τοῦ Ἀσκ]λαπ[ιοῦ - - - Ξενοφάντος Γερά[ν]ιον, Ὄπωπα Πελίκ Τεγεάταν, Α- - - - - - -ου Ἀ[- -, Ἀρ]ι[σ]τ[ό]δαμον Ἀθηναίου Ἀλεξανδρ[έα], Ἄ[γ]ων Ἀιδρ[ο......] Ταυχόριον. Πρόξενοι· Ἀριστεὺς Α- - -, - - - Νικί[π]που, Ἀ[ρ]ίστων Χ- - -, - - - Ἀ[ρ]χαγορίδα Αἰγιεύς, Ε[ὐ]αν[τίδ]ας - - - ς, Ξε[ν]αγόρας Ἴσου Κνώσιος· εἶ[μεν δὲ αὐτοῖς καὶ ἐγγόνοις ἀτέλειαν καὶ ἀσυλίαν καὶ κατὰ γᾶν καὶ κατὰ θάλασσαν καὶ ἐν πολέμωι καὶ ἐν εἰρ[ά]ναι [κ]αὶ αὐτοῖς καὶ χρ[ή]μασι.

Ἐπὶ καταλόγου βουλᾶς· μηνὸς Ἀπελλαίου· ἐπ[ὶ τᾶ]ς τε[λ]είας· Ἐρ]ιλαΐδας· [Τ]αξιά[ρχου, Ἐ]λπινίκεος, Ἀλ[κ]ί[φρ]ο[ν]ος· ἔδοξε [β]ουλᾶι κ[α]ὶ δάμ[ωι] τ[ῶ]ν [Ἐπιδαυρίων· πρ]οξέ[ν]ο[υ]ς εἶμεν κ[αὶ] θε[αρο]δόκο[υς τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ [Μ]α[λ]εάτα κα[ὶ τ]οῦ Ἀσκλαπιοῦ [Τ]ιμοκ[ρ]ον Συ[να]ξίδα Λακεδαιμόνιον, - - - - - - - - -, εἶμεν [δὲ] αὐτοῖς καὶ [ἐγ]γόνο[ι]ς ἀ[τ]έλεια[ν καὶ] ἀσυλίαν καὶ κατὰ γᾶν καὶ κατὰ θάλασσαν [καὶ] ἐ[ν πολέμωι καὶ ἐν εἰράναι [κ]αὶ αὐτοῖς καὶ [χρήμ]ασι.

Μ[η]νὸς Ἀπελλαίου· ἐπὶ καταλόγου βουλᾶς· τᾶς τελείας· Νικολίδος· Θεοφάνει[ς], Ἱαροκλεῦς· Θεα[ρόδο]κοι τοῦ Ἀπόλλωνο[ς] καὶ τοῦ Ἀσκλαπιοῦ [κ]αὶ πρόξενοι τᾶς πόλιο[ς] Ἀναξίδαμος Εὐ[στρ]άτου Μεγα[λο]πολίτα[ς], Θεοκτᾶς Ἀρισ[τ]αίνου Ἡραιεύς· [πρ]ό[ξ]ενος Σωτάδας Κ[ρ]ής.

Μηνὸς Ἀπελλαίου· ἐπὶ καταλόγου βουλᾶς· τᾶς [τ]ελείας· Ἱσαρυνῖς· Θιοτίλευς, Ἀξιόχου· ἐ]πὶ τᾶι τελείαι· ἔδοξε· πρόξενον εἶμεν τᾶς πόλιος τῶν Ἐπιδαυρίων Εὔβουλον Εὐάνδρου Κνώσιον.

Μηνὸς Ἀπελλαίου· ἐπὶ καταλόγου βουλᾶς· τᾶς τελείας· Ἱσα[ρυν]ᾶς· Θιοτίλευς, Ἀξιόχου· [ἐπὶ τᾶι τελείαι· ἔδοξε· πρόξενον [εἶ]μεν τᾶ[ς π]όλιος τῶν Ἐπιδαυρίων [Ἐρ]άτι[π]πον Εὐθ[ία Μεγαλοπολίταν.

Ἐπὶ καταλόγου βουλᾶς· ἐπὶ τᾶς τελείας· (Οἰταίας) ὕπερθεν· Ξενοκλεῦς, Φιλιστίδα· μηνὸς Ἀπελλαίου· [ἔδοξε· προξένους εἶμεν τᾶς πόλιος τῶν Ἐπιδαυρίων Θορτύας Λαγορίδα Ὀρχομένιος, Ἀ[ρ]ιστοκρά[της Ἀγωνίππου Ἡραιεύς, Μένανδρος Φιλοκλεῦς Καλπυρεάτας.

Ἐπὶ καταλόγου βουλᾶς· ἐπὶ τᾶς τελείας· Με[λ]ε]μίδος· Ἀριστόλα καὶ Δαμοκλεῦς καὶ Ἀριστο[δά]μου· μηνὸς Ἀ[πε]λλαίου τε[τ]άρται· ἔδοξε· [πρ]οξ[έν]ους εἶμεν τᾶς πόλιος καὶ θεαροδόκους τοῦ Ἀπόλλ[ω]νο[ς] κ[αὶ] τοῦ Ἀσκλαπιοῦ [Α]ὐξίβιον Θευ[δ]ώρου Ἀλεῖον, Τιμίαν Ἀθ[α]νίωνος Κλειτόριον.

Ἐπὶ καταλόγου βουλᾶς· ἐπὶ τᾶς τελείας· Ἀπ[ελλαίου]· Πυγατίνα[ς]· Ἀ[ρισ]τάρχου, Ξενοδόκου, Τι- - ..ο.· ἔδοξε· πρόξενον καὶ θεαροδόκον εἶ[μεν Ἀπόλλων]ος Γόργιππον Τυχανίδα Φενεάταν.

Ἐπὶ καταλόγου βουλᾶς· ἐπὶ τᾶ[ς] τελείας· - - - - - - Πυθι[....· ἔδοξε· πρόξενον εἶμεν - - Παλλαΐ[ο]ν.

Μηνὸς Ἀπελλαίου· κατὰ πόλιν· τετάρται τελείαι· ἐ[πὶ καταλόγου β]ουλᾶς· ἐπὶ τᾶς τελείας· [Δυμάνων, Βουνείας· Διονυσοδώρου, Καλλιδάμου· ἔ]δ[οξε· προξένους εἶ]μεν τᾶς [πό]λ[ιος καὶ θε]αροδόκους τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ [τ]οῦ Ἀσκλαπιοῦ - - - - - - - - - - - - - - - - καὶ Σί[μ]υλον Νικοστράτου Ἀ[ργ]εῖον.

Μηνὸς Ἀ[π]ελλα[ί]ο[υ ἐ]πὶ καταλό[γο]υ βο[υλᾶς· - - - - - - - - - -· ἔδοξε· προξένους εἶμεν κ[αὶ] θ[εαροδό]κους [τ]οῦ Ἀπ[όλλωνος καὶ τοῦ Ἀσκλαπιοῦ - - - - - -, εἶμεν δὲ αὐτοῖς ἀτέλειαν καὶ] ἀσυλία[ν -· π[ρ]όξενον Ἐπι[γ]έ[νη] Ταλ- - - - -

Ἐπὶ καταλόγου [βο]υ[λ]ᾶς· ἐπὶ τᾶς τελ[ε]ίας· Ναυ[φειδος· μην]ὸς [Ἀπελλαίου· ἔδοξε· προξένους εἶμεν καὶ θεαροδόκους τοῦ Ἀπόλλ[ω]νος καὶ τοῦ Ἀ[σ]κλαπιοῦ - - - - - - - - - - - - - - - Σωτηρίχου Μεσσά[νι]ον, Φάντ[α]ν Ἀν[τ]ι[πάτρου - - - -, - - - - -] Ἀλεξία Ἀλεξανδρέα.

Μηνὸ[ς] Ἀπ[ελ]λαίου τετάρται τελείαι· ἐπὶ [κ]αταλό[γου βουλ]ᾶς· - - - - -άτιος, [- - -· ἔδοξε· προξένους [ε]ἶμ[ε]ν καὶ θεα[ρ]οδόκο[υς] τοῦ Ἀπό[λ]λωνο[ς κ]α[ὶ] το[ῦ Ἀσκλ]απιοῦ - - - - - -κνόν, [- - - - Λακεδαιμόνιον, Φίλ[ω]να Σ[ω]ταιρόχου [Με]σσάν[ι]ον, Π[αλα]ί[φ]α[τον - - -ωνος - -, - - - ον, ...αρχίδαν Ἀλεξία Π[ερι]ναῖ[ον], Α...δε[ι]ον [Κ]α]λλι- - - - - - - - - - -

Μ[η]νὸ[ς] Ἀπελλαίου τετά[ρ]τα[ι] τελείαι· ἐπὶ καταλόγου βουλᾶς· Κυ]δωνία, [Ἐ]λ[ατισ]τρά[τ]ου· ἔδ[οξε]· π[ρ]οξενί[αν εἶμεν Κασσάνδρωι [- - - - - - - -, - - - - - - - Μ]ε[γ]αλ[οπο]λίται, Δι[ο]νυσ[οδώ]ρωι Φιλοδάμου, Ἀριστομά[χ]ωι Σο[- - - - καὶ εἶμεν αὐτοῖς ὅσα τ]οῖς λοιποῖ[ς π]ροξένοις.

Μηνὸς Ἀπελλαίου τετάρτ[αι τελεία]ι· ἐπὶ καταλόγου βουλᾶς· - - -άτιος, Ἀριστοκ[ρ]άτεος Λυσία· ἔδοξε· προξένους εἶμεν τᾶς πόλιος τῶν Ἐπιδαυρίω[ν] Ἀρίστωνα Ἀ[ρ]ιστοκρά[τ]εος, - -η Φιλίππου Τεγεάταν, Κλ[ε]ώ[δα]ν Ἀριστο[μήδεος Φενεάταν.

Μηνὸ]ς [Ἀ]πελλαίου· ἐπὶ κα[τ]αλό[γ]ων βουλᾶς· ἐ[π]ὶ τᾶς τελ[είας]· Δ[αμά]ρων, Μελτιά[δο]ς· Ἑ[ρμ]άρχου Μ[έ]ν[η]τος, Ἀντιφάνεος Ἀ[ρ]ιστοκρ[ά]τευς. ἔδοξ]ε τᾶι βουλᾶι τῶν Ἐπιδαυρίων· Εὐκλείδαν Τυνκέταν πρόξενον εἶμ[εν κ]αὶ [ε]ὐεργέταν τᾶς πό[λι]ος [τᾶ]ς Ἐ[πι]δαυρί[ων καὶ α]ὐτὸν καὶ ἐκγόνους, εἶμεν δὲ αὐτ[ο]ῖς ἀσφάλειαν καὶ [κ]ατὰ γᾶν καὶ κατὰ θάλασσαν καὶ τὰ λοιπά, ὅσα καὶ τοῖς ἄλλ]οις προξένοις.

Titulus gravissimus secundum litteraturam tribuendus est tertio a. Chr. n. saeculo. Edocemur constitutum fuisse, ut quarto mensis Apellaei die quotannis contio haberetur, in qua proxeni et thearodoci crearentur; in ea lapidis parte, quae legi potest, relata sunt decreta annorum minimum quattuordecim. Diversa enim catalogorum nomina in praescriptis decretorum singulorum indicantur, nisi quod eodem die constat scita esse decreta ea, quorum alterum versus 28. 29 alterum versus 30—32 continent, et idem videtur de decretis vs. 1—6 et 7—10, quod si verum est, in praescripto prioris post Σελευκεῦς supplendum Ἄνδρων, --|κρι]ος: indicatum esset nomen patris catalogi alterius in decreto priore, omissum in altero. Decretorum eorum, quae parum bene servata sunt, iudicari non potest de vs. 41. 42 et de 54—57; decretum vs. 46—50 eiusdem diei atque praecedens sive insequens esse non potest, cum discrepet in praescriptis enuntiatorum ordo. In decreto ultimo vs. 64—67 omnino quidem non indicati sunt catalogi, sed id alio tempore exaratum esse atque praecedentia manifestum est scripturae discrepantia.

Iam accuratius conemur investigare de praescriptis, quae non plane inter se consentiunt. Verbis Ἀπελλαίου τετάρται additur τελείαι vs. 1. 7. 11. 43. 54. 61; interpretandum igitur »Apellaei die quarto, qui est legitimus (horum decretorum)«. Ubi omisso τετάρται dictum est τᾶς τελείας (vs. 25. 28. 30), intellegendum est ἁμέρας; ubi tamen ἐπὶ τᾶς τελείας (vs. 20. 33. 36. 39. 41. 51. 64), supplendum non ἁμέρας, sed ἁλιαίας (cf. n. 479. 497), diversas enim esse notiones monstratur praescriptis tribus: vs. 28. 30. 43, in quibus post τᾶς τελείας sive τετάρται τελείαι sequitur ἐπὶ τᾶι τελείαι s. ἐπὶ τᾶς τελείας: in his iusto paulo uberior est sermo: »in contione legitimo die legitimo modo constituta«.

Vs. 43 inter mensem et diem interpositum est κατὰ πόλιν »in urbe (habita est contio)«, ut fortasse consueto more huius diei contiones haberentur in Asclepieo.

De καταλόγοις βουλᾶς vix recte iudicavit B. Keil (*Athen. Mitth.* 20, 1895, p. 26 sq.). κατάλογος, derivandum a καταλέγειν »recitare«, synonymum fuerit vocis in civitatibus Argivis usitatae ἀρητεύων (v. adnotata ad n. 479. 616): »*is qui pronuntiat scita senatus*«, i. e. »praeses«. Certe non obstat quod κατάλογοι constituuntur complures: pronuntiat princeps nomine collegii. Quod secundum aedificiorum rationes κατάλογος adest pensionibus, id monstrat senatum sicut Athenis praefuisse aerario. Si quaeris de numero catalogorum, in decretis de quibus certo iudicare licet relati sunt duo vs. 7/8. 11/12. 25. 28. 30. 33. 44, tres vs. 36. Fuerint igitur tres etiam vs. 20/21 et 39/40, quamquam de decreto vs. 7 sq., ubi item tria occurrunt nomina, aliam supra protulimus coniecturam. Quod quattuor erant nomina vs. 61 et 64, incertum est utrum in decretis his ultimis quattuor indicentur catalogi, an additis patrum nominibus duo.

In praescriptis praeter ultimum aut casu nominativo aut genetivo relati sunt civium ordines, e quibus constituti sunt catalogi. Qui ordines cum phylae esse nequeant, quippe quae vs. 43 et 64 praeterea additae sint, aequare fere putandi sunt demos Atticos (φρατρίας esse coniecit Keil l. l. p. 31). Edocemur senatus collegia secundum phylas divisa alternis vicibus praefuisse rebus (sicut prytanes Atticos), horum autem collegiorum praesides (καταλόγους) constitutos esse ex ordinibus minoribus, e quibus constaret phyla.

Antiquior thearodocorum catalogus est n. 1504.

πὰρ Ἀριστοφάνιος ὑπερημερίαν τᾶς περιστάσιος ἀπέχωκε Δαμοφάνης Πύθωνι
ΘΘΓ⁝⁝· πὰρ Θεοφάνιος ἀπέχωκε περιστὶν Δαμοφάνης Πύθωνι ⁝·IIIICϹϹ πὰρ Φυλακίδα
ἐπιταμὰν κρηπῖδος τυλώτιος ἀπέχωκε Δαμοφάνης Πύθωνι ⁝
Ἀζοσίου· κατάλο-
γος Ἀριστοτέλης· Δαμακχίδος· πὰρ Τελεσία ἱαρέος λᾶμ(μ)α ΧΘΘΞ-⁝⁝ ἐργώναις ἀφα-
κωμένοις Νικοστράτω(ι) ⁝, Γνάθι ⁝, Αντίππωι ⁝, Τιμάρχωι ⁝, Αντιάδαι ⁝, Δέρκωνι ⁝, Πολυξένω(ι ⁝),
Χρίμωνι ⁝ Ἀργείοις Στεφάνωι ⁝, Καλλιστράτωι ⁝ Τεγεάταις Ἀριστίαι ⁝⁝, Εὐθυνόμω(ι)
⁝ Ἀθηναίοις Ἀτίαι ⁝ Σωτίωνι ⁝ Παρίοις Καλλαίσωι ⁝ Τροζανίοις Χ[ρί]μωνι τᾶν με-
λαινᾶν λίθων ἐργασίας εἰς σύνθεσιν ΧΘΓΞ-⁝⁝⁝· Ἁγίαι ἐφόδια ἐς Ἀθάνας ⁝⁝· Καρνεί-

ου· κατάλ(λ)ογος Μενεκλείδας· ἔνερθεν Οἰσιάδευ· πὰρ [Τ]ελεσία λάμματα ΡΧΡ·ΘΘΘΘ
ΡΞ::::ΙΙΙ Εὐθυνόμωι καὶ Σαννίωνι ἐργασίας καὶ συνθέσιος τῶν λίθων τῶμ Πεντελ[ηϊ]-
κῶν, τοὺς δὲ μέλανας λίθους λαβόντες ἐργασμένους εἰς σύνθεσιν συνθέμεν
ΡΧΡ·ΘΘΘΘΡ-:::· Σωσθένει στεγάστιος τᾶς περιστάσιος ::ΙΙΙ ἐργώνας ἀφανεώνας
ἐφόδια Κα[λ]λ(λ)ιστράτωι [:], [Ἀ]στηγένει :: Ἑρμαίου· κατάλογος Ἀμφικράτης· Δεξελα(ί)-
δας· πὰρ Τε[λ]εσία λάμματ[α] ΡΞ::::ΙΙ Ἀριστοδάμωι βολίμου ποὶ τὰ δεσμὰ Ρ::::·ΙΙΙΙ, ὁλκὰ τά-
λ[αντα ΞΞ Γλαύκωι παρκα[λ]ήσιος τῶν λίθων ἐπὶ λιμένι -:::ΙΙΙ Τελέου· κατάλο[γ]ος
Ε[ὐ]ρυμήδης· Πυρριάδος· Ἡ[ρ]ακλ[εί]δας· πὰρ Τελεσία λάμματα Θ::: γραμμάτων ἐγκαύ-
σιος Ἀντιφάνει(ς) Ξ δεσμῶν [σ]ιδαρίων Δαμίωνι ταλάντων ἓξ ΡΞ-:::: ἐφόδια ἐς Ἀθάνας
Χαρικλείδαι ::::, Δαμοφάνει :::: (Ποσιδαίου· κατάλογος --- *citium ordo*·) πὰρ Τελεσία λάμματα ΧΡ·ΘΘΡΞ::· Μεγακλείδαι ἀγωγᾶς
ἀπὸ λιμένος ἐς τὸ ἱερὸν τῶν Πεντελῃκῶν λίθων ΧΡ·ΘΘΡΞ::·, ἀριθμὸς λίθων ΡΞΙ
Ἀ]ρταμιτίου· κατάλογος Νικοφάνης· Μιλτιάδος· πὰρ Τελεσία λάμματα ::::· ἐφόδ[ια
ἐ]ς Κλεωνὰς Τιμοκλεῖ :·, Πολυκ[λ]εῖ :·, Ἀριστομάχωι :· Ἀγριανίου· κατάλογος Κ[έ]φα-
λος· Σελαγείδος· πὰρ Τελεσία λάμματα -:: [ἐ]φόδια ἐς Ἀθάνας Δαμαγήτωι :::·, Πυρρ[ή]-
ωι :::· Κυκλίου· κατάλογος Ἀρχίλοχος· Πολιτάδος· πὰρ Τελεσία λάμματα Θ-: πεντ[η]-
κοστὰν τῶν Πεντελῃκῶν λίθων [ἐ]ς Ἀθάνας Λαμάχωι ΡΞΞ ἐφόδια ἐς Ἄργος Ἀριστο-
μήδει ::, Λυτίωνι :: ἐφόδια ἐς Ἀθάνα[ς Ἀ]ριστομ[ή]δ]ει :::·, Λυτίωνι :::· πὰρ Λυσιάδα Πολ-
υξένου τομᾶς τῶν ὀρθοστατᾶν ὑπεραμερίαν τῶν μελάνων λίθων, ἀπέτεισε Δαμοφ-
άνης Τελεσία(ι) Ρ·ΞΞ πὰρ Μολοσσοῦ ὑπε[ρ]αμερίαν τομᾶς καὶ κομιδᾶς ἐνς Πειραιῆ
ἐγ λατομίας τῶμ Πεντελῃκῶν λίθων ἀπέτεισε Ἀριστομήδης Τελεσία(ι) ΧΧΧΧΘΘΘΞ

Καρνείου· κατάλογος Εὐκράτης· Ἰσαμιάς· πὰρ Καλλία λάμματα :::: ἐφόδια ἐς Ἄργ-
ος Δαμαγήτωι ::, Ἀρισταίχμωι :: Γάμου· κατ[ά]λογος Ἐχέτιμος· Δεξελα(ί)ς· πὰρ Καλλ[ί]-
α λάμματα -::: ἐφόδια ἐς Ἀθάνας Πολυκλεῖ :[:::], Τιμοκλεῖ :::: Ποσιδαίου· κατάλογος
Ἀ[ριστόδ]αμος· Ναυφείδος· πὰρ Καλλία λάμματα Ρ::: Δαμίωνι δεξιῶν σιδαρίων Ξ-:
ἐ]φόδια ἐς Κλεωνὰς Δαμοφάνε(ι)ς ::, Χαρικλείδαι :: ἐφόδια ἐς Ἀθάνας Ἀγίαι ::::, Ἀριστομ[ή]-
δ]ει :::: Ἀγριανίου· κατάλογος Ἀριστοκράτης· Ἀφυλαντάς· πὰρ Καλλία λάμματα Ξ-:[ΙΙ]
Δαμίωνι δεξιῶν σιδαρίων Ξ::::·ΙΙ, ὁλκὰ ταλάντω δύο Ἀγίαι ἐφόδια ἐς [Κ]λεωνὰς :·
Κυκλίου· κατάλογος Ἀριστό[κ]ριτος· Ῥωπιτάδος· πὰρ Καλλία λάμμα[τ]α ΡΞ Μολοσ-
σ]ῶι ἐγκαλέσιος ἐμ Πειραιεῖ ἐπὶ τὰν ἄνθεσιν ΡΞ Ἀπελλ(λ)αίου· πὰρ Λυσιάδα Πολυ-
ξένου ὑπεραμερία(ν) τῶν σ[τ]υλοβα[τ]ᾶν ἐς τὸ ἱα[ρὸ]ν παροχᾶς τῶν μελάνων ἀπέτεισε
Πολυκλῆς Καλλία(ι) ΘΘΘΡ- ὑπὲρ τῶν ὀρθοστατᾶν ἀγωγᾶς ἐς τὸ ἱαρὸν πὰρ Λυσιάδα
Π]ολυξένου ὑπεραμερίαν ἀπέτεισε Πολυκλῆς Καλλίαι ΡΞΞ πὰρ Χρίμωνος ἐπιτιμία(ν)
ὀ]ρθοστατᾶν ἐργασίας ἀπέτεισε Πολλυκλῆς Καλλίαι -Ι

Ἀζοσίου· κατάλογος Ἀρι-
σ]τόλαος· Ἐρελαΐδος· πὰρ Εὐκλέος λάμματα Ἀττικοῦ Ρ, Αἰγιναίου Ξ-:·ΙΙ Κομιοδίω-
ι τοῦ παρδέγματος τῶν ἐγγλυμμάτων ἀστραγαλίων καὶ κυματίου [Ἀ]τ[τ]ικοῦ Ρ
ἐφόδια ἐς Ἄργος Χαρικλείδαι :, Δαμοφάνει : Δαμίωνι δεσμῶν σιδαρίων Ξ::::·ΙΙ, ὁλκὰ
τ]αλάντω δύο Καρνείου· κατάλογος Ἐπαίνων· Νικοφείδος· πὰρ Εὐκλέο[ς] λάμμα
Ἀ]ττικοῦ ΧΘ Κο(ι)μοιδίωνι τῶν καταγλυμμάτων ἐν τοῖν σταθμοῖν καὶ καταλαβεῦ-
σι] ἐργασίας Ἀττικοῦ ΧΘ Ἑρμαίου· κατάλογος Νικόστρατος· Πυρριάδο[ς]· πὰρ Εὐ-
κλ]έος λάμματα Ἀττικοῦ ΡΞ-, Αἰγιναίου -:::ΙΙΙC Σιμίωνι τῶν ἐγγλυμμάτων [ἐ]ργασία-
ς ἐν] τοῖς καταλαβεῦσι καὶ ὑπερθύρωι τῶν δεδοκιμασμένων Ἀττικοῦ ΡΞ- Δαμίωνι(ι)
δεσ]μῶν [τ]αλάντων -::ΙΙΙ Ἐπιτεῖσαι λίθου τῶι πὰρ Φυλίου :C πὰρ Μεγακλείδα ἀγωγ-
ᾶς] ἀπὸ λιμένος ἐς τὸ ἱαρὸν τῶν Πεντελῃκῶν λίθων ὑπεραμερίαν ἀπέτεισε Ἀγίας
Ε]ὐκλεῖ ΧΡΞ- Γάμου· κατάλογος (ὁ δεῖνα)· Σιμάδος· πὰρ Εὐκλέος λάμμα[τ]α Ἀττικοῦ Ξ-::::·
Σ]ιμίωνι τῶν ἐγγλυμμάτων Ἀττικοῦ Ξ-::::· Τελέου· κατάλογος Σωκλῆς· Βουνίας·
π]ὰρ Εὐκλέος λάμματα Ἀττικοῦ ΡΡ Κομοιδί[ω]ι καταγλυφᾶς Ἀττικοῦ ΡΡ
Ἀ]γριανίου· κατάλογος Νικόστρατος· Στρατίτας· πὰρ Εὐκλέος λάμματα Ἀττι-
κ]οῦ ΘΘΞ-:::: Κομοιδίωνι τὸ ἐπίλοιπον τᾶς καταγλυφᾶς Ἀττικοῦ ΞΞΞ::·IC Σιμίωνι
τῶν ἐν τῶι ὑπερθύρωι καὶ καταλαβεῖ ἐγγλυμμάτων Ἀ[τ]τικοῦ ΘΡΞ:ΙΙΙC

Πανάμου·
κατάλογος Ἀρί[σ]τα(ι)νος· Πολιτάδος· πὰρ Εὐκλέος λάμματα ::::· Ἱεροκλεῖ παροχᾶς
ξ]υλῶν ::::·

Ἀρταμιτίου· κατάλογος Νικάτας· Ἐρελαΐδος· πὰρ Θιαίου λάμματα Ξ::::·ΙΙΙ
δε]σμῶν Εὐτύχωι σιδαρίων Ξ::::·ΙΙΙ, ὁλκὰ ταλάντω δύο Πανάμου· κατάλογος Καλλι-
φά[ν]ης· Βουνίας· πὰρ Θιαίου λάμμα Ξ::::Ι Νίκωνι βολίμου παροχᾶς Ξ::::Ι, ὁλκὰ
β]ολίμου τάλαντα -:::: λάμμα Ἀττικοῦ ΡΞΞ::::·ΙΙ Σαννίωνι καταγλυφᾶς ἐν τῶι ὑπερθύ-
ρ]ωι Ἀττικοῦ ΡΞΞ::::·ΙΙ ἐπιτιμὰ ἀπεφύχθη πὰρ Σαννίωνος Ἀττικὰ [·] Κυκλίου· κατάλο-
γ]ος Εὐχάρης· Ταυχιάδος· πὰρ Θιαίου λάμματα -::ΙΙΙ Εὐτύχωι δεξιῶν σιδαρίων -::Ι[ΙΙ],
ὁ]λκὰ τάλαντον.

Ποσιδαίου· κατάλογος Καλλίας· Ναυφείδος· πὰρ Τιμοκράτεος
λ]άμματα Ξ::::·ΙΙ Εὐτύχωι δεξιῶν καὶ γόμφων σιδαρίων Ξ::::·ΙΙ, ὁλκὰ ταλάντω δύο Ἀζο-
σ]ίου πὰρ Λυσιάδα ἐπιτιμία(ν) μέλανος λίθου ἀπέτεισε Νικιάδας Τιμοκράτει ::·

π]ὰρ Χρίμωνος ἐπιτιμία(ν) τῶν μελάνων λίθων ἀπέτεισε Πολυκλῆς Στίωνι ΡΞ::·
π]ὰρ Σαννίωνος ἐπιτιμίαν τᾶς καταγλυφᾶς τῶν λίθων ἀπέτεισε Δαμοφάνης
Στίωνι Ἀττικοῦ -:·

Ἀγαθᾶι τύχαι· Λάμ[μ]ατα Θυμελοποιίας πὰρ Φιλοσθένεος ἰαρεῦς· Γάμου πρατομηνίαι ΧΧΧΞΞ-:::ΙΙΙΙ, κατάλογος βουλᾶς Ἰαρώνυμος· Παγατίνα Ἀρταμιτίου πρατομηνίαι ΞΞΞ-, κατάλογος Δαμῶνος, Ἀλικαῖς Πανάμου πρατομηνίαι Αἰγιναίου ΧΧΘΘΘ-, καταλλαγὰ τούτωι ΘΞ-, Ἀργολικοῦ ΘΘΘ, κατάλογος Εὔδαμος, Ὑσιδριάς. Δαπάναι· ἔλαβε Λαμπχίδας τοῦ σακοῦ Γά[μ]ου πρατομηνίαι ΧΧΡΘΘΘΞΞΞ· ἐθίνου ἔλαβε Λαμπχίδα[ς] τῶν λίθων τῶν εἰς τὸς σακὸν [τ]ᾶς [Θυ]μ[έ]λας ΗΞΞΞΞ:::ΙΙΙΙ Ἀρταμιτίου (ε) Εὐτύχωι ΞΞΞ- Πανάμου πρατομηνίαι Λαμπχίδαι Αἰγιναίου ΧΧΘΘΘ-, τούτωι ἐγένετο καταλλαγὰ ΘΞ-, Ἀργολικοῦ ΘΘΘ

Λάμματα πὰρ Νικοκρά[τευ]ς ἰαρεῦς· Ἀζοσίου ΡΗΡΞΙΙ, κατάλογος Χάρτος Ι, Μ(ε)λιχιῶν Ἑρμαίου ΞΙΙΤ, κατάλογος Νικόδαμος· Σιωνίς Γάμου ΘΘΘ(Θ), κατάλογος Δαμάρετος· Σολυγείς Γάμου· Φιλοσθένει εἰς Ἄργος ἐφ[ό]δ]ιον :· Ποσιδαίου ΘΘ-, κατάλογος Φιλόξεν[ος]· Ἐριλαῖς Ἀρταμιτίου ΧΧΧΡΞΞ::::·, κατάλογος Φρίκος· Μυσ]ιεῖς. Δαπάναι ἐπὶ Νικοκράτευς· Δεί[ν]ω[ν] καταξυλώσιος ΗΞΞ- Δείνωνι ἀναγωγᾶς τῶν λίθων ἐς] τὸ ἱαρὸν ΘΘΞΞΙΙ δεσμῶν καὶ γόμφων Εὐτύχωι ΘΘΞΞΞΞ Βολίμου πὰρ Εὐφήμονος τάλαντα ἓξ μν]αῖ τριάκοντα ἑπτά· τιμὰ -::::ΙΙΙC, ἀναγωγᾶς Κρητὶ ·ΙΙCΤ Βολίμου Λαρχίδαι ταλάντων Θ· τιμὰ ΘΘ]Θ Εὐτύχωι δεσμῶν ΘΘ- Λαρχίδαι τοῦ σακοῦ ΧΧΧΡΞΞ::::· Φιλοσθένει εἰς Ἄργος ἐφόδιον :·

Λάμ]ματα Θυμελοποιίας [πὰ]ρ Αἴσωνος ἰαρεῦς· Πραρατίου πρατομηνίαι ΘΘ-, κατάλογος Νικόδαμος· Σιωνίς Ἀρτ[αμ]ιτίου πρατομηνίαι ::::·IC, κατάλογος Τιμοκράτης· Φρεγαίς. Πανάμου πρατομηνίαι ΘΞΞ, κατάλογος Εὔβουλος· Σ]ιωνίς. Δαπάναι· Πρα[ρατ]ίου· Εὐτ[ύχ]ωι δεσμῶν ΗΗ- ἐγγραφ[ᾶ]ς εἰς τὰν στάλαν Σαννίωνι ::::·IC ὁδοῦ ποιήσιος Σαννίωνι ΗΞΞ

Λάμματα Θυμελοποιίας πὰρ Κλευσθένευς ἰαρεῦς· Γάμου πρατομηνίαι ΘΘΘ, κατάλογος Εὔνικος· Ῥ]ωπι[τ]αίς. Δαπάναι· δεσμῶν καὶ γόμφων Εὐτύχωι ΘΘΘ

Λ[άμ[μα]τα Θυμελοποιίας πὰρ Δαμοπείθευς ἰαρεῦς· Ἀρταμιτίου Ἀναξίλαι, Φιλοσθένει -, κατ[άλογος βουλᾶς Ἀρχίας· Καλαεῖς Πανάμου πρατομηνίαι :·ΙΙΙC Δαπάναι· Σαννίωνι ἐγγραφᾶς εἰς τὰν στ[ά]λαν :·ΙΙΙC Δαμοπείθει ἱαρεῖ -

---

Λᾶμμα Θυμελοποιοῖς Ἀλεξικλεῖ, Νικοκράτει, Δαμοφίλωι, Παντα]κλεῖ, γραφεῖ Ἀλκιβίωι πὰρ ἰαρέος Καλλικράτευς· Ἀγριανίου] Ξ-, κατάλογος [β]ουλᾶς Κλείδικος· Οἰτείας ὑπερθεν Κυκλίου Ξ[Ρ, κατ]άλογος βουλᾶς Καλλιμένης· Παγατίς Λόγος λάμματος ἐ[π' ἰ]αρέος Καλλικράτεος ΡΡ

Ἐπ' ἰαρέος Ἀρχιλαΐδα· οὐθὲν

Ἐ[π]' ἰαρέος Σωκράτεος· οὐθέν

Ἐπ' ἰαρέος Διονυσοδώρου· οὐθέν

Πὰρ ἰαρέος [Λακρ]ίτου· Γάμου ΧΘΘΡ-, κατάλογος βου(λ)ᾶς Φιλόξενος· Ἐριλαεῖς [Πανάμο]υ ΧΧΘΘΘΡ:, κατάλογος βουλᾶς Μυρωνίδας· Ναυφηίς Κυκ]λί[ου ΘΘΘΘ(ΡΞΡ), κατάλ]ογος βουλᾶς Εὐκλῆς· Μετογα[ί]ς· Ἀπελλαίου ΧΡΗ ΘΘΘ, κ[ατάλογος β]ουλᾶς Εὔαρχος· Λασσαῖς. Λόγος λάμματος πὰρ ἰαρέ[ος Λακρίτο]υ ΡΡΘΘΘΘΡΞ-Ρ:

Πὰρ ἰαρέος Κλεάρεος· Ἀζοσίου Ρ ΘΘΡΞ-, κ[ατ]ά[λογος] βουλᾶς Δαμάττας· Μελικιῶν· Καρνείου ΧΡΘΘΘ ΞΞ, κατάλογο[ς βου]λᾶς Σωκράτης· Μυτικός. Λόγος λάμματος πὰρ ἰαρέος Κλεάρε[ος] ΧΧΡΘΞ

Λόγος λάμματος παντὸς ΡΧΧΧΡΘΡ-:

Δαπάναι ἐπὶ ἰαρέος Καλλικράτεος· Ἀ[γ]ριανίου· ἐφόδιον εἰς Ἀθάνας Ν[ικ]ηράτωι -, Ἀλεξικλεῖ -, (Ἀλ)κιβίωι - Κυκλίου· ἐφόδιον εἰς Ἀθάν[α]ς Παντακλεῖ Ρ:·, Ἀλκιβίω(ι) Ρ:·, Φίλωνι καρύξαντι ἐν Ἀθάναις τὸ [ἔρ]γον IC χαρτίου εἰς τὰς συ[γ]γράφους Ἀντικρίτωι ΙΙIC ἐφόδιον ἐργώνας Ναυσιστράτωι [Ἀ]θηναίωι ::, Στράτωνι Ἀθηναίωι :: Λόγος δαπάνας ἐπὶ ἰαρέος Καλλικράτευς ΡΡ

Δαπάναι [ἐπ' ἰαρέος Λακρίτου· ἐξ[ε]δώ[κα]μες [τ]ᾶς Θυμέλας τὸ στρῶμα ποιῆσαι τὸ ἐν τᾶι περιστάσι, σ[ε]λί[δα]ς πεντήκοντα δύο, τὰν σελίδα ἑκάστα[ν] ΘΘΡ- Γάμου· [Σ]ώσανδ[ρ]ος Κλε]ομήλωι κ[α]ὶ Φε[λ]λ[ων]ίδαι σελίδων πέν[τ]ε ΧΘΘΡ- Πανάμου· Φιλω[ν]ίδαι καὶ Κλεο[μ]ήλωι δευτέρου ἔργου [σ]ελίδων πέντε ΧΘΘΡ- Ἀπολλωνίδ[αι σ]ελίδων τετόρων ΧΞΞ Ὀνασίμου ἐνκολλάσιος εἰς τού[ς] στυλοβάτας :· Δαμοσθένει, Τιμαγγίλωι ἐργώνας Ἀργείοις σιτηρέσιον :: Κυκλίου· [Ἀ]πολλωνίδαι σελίδοιν δυοῖν ΡΞ Ἀπελλαίου· Φιλωνίδαι, Κλεομήλωι τρίτου ἔργου, σελίδων πέντε ΧΘΘΘ ἄλλο Φιλωνίδαι, Κλε]ομ[ή]λ]ωι ὃ ἐπωφείλομες ἐπὶ τὰς πράτας πέντε σελίδας ΞΞ ἄλλο Κλ]εομήλωι, Φιλωνίδαι ὃ ἐπωφείλομες ἐπὶ τὰς δευτέρας

πέντε] σε(λ)ίδας ΞΞ Ἀπολλωνίδαι σελίδων δυεῖν ΡΞ

Λόγος δ[α]πάν-

ας ἐπ'] ἰαρέος Λακρίτου ΡΡΒΒΒΒΓΞ-Ρ:

Δαπάναι ἐπ' ἰαρέος Κ[λεάρ-

εος· Ἀ]ξεσίου· Ἀπολλωνίδαι σελίδων τριῶν ΡΒΒ(Β)ΓΞ- Κα[ρ]ε[ίο-
ν· Ἀπ]ολλωνίδαι σελίδων δυεῖν ΡΞ Φιλωνίδ[αι, Κλ]εο[μ]ή[λωι τετ-
άρτ]ου ἔργου σελίδων πέντε ΧΒΒΒ Φιλωνίδ[αι συγγραφᾶς εἰς τ-
ὰν] στάλαν Ξ Λόγος δαπάνας ἐπ' ἰαρέος Κλεά[ρεος ΧΧΡΒΞ

Λόγος

δαπάνας πάσας ΡΧΧΧΡΒΓ-:

C

vs. 180—191 deleti

- - - - χώρα[ς ...
ἐλωμένας τὰν χώραν ἑκ[ά-
σταν δραχμᾶν]Ξ::Ι
ὑφαιρεθέντος] τοῦ ἐ[πιδε-
κάτου γίνοντα]ι δρα[χμαὶ

vs. 197—206 certi nihil legi potest

- - - - - ἄπροσθ[ε
- - - - - - - -
- - - - - δ]ραχμὰς [ἐλο-
μένωι τὸν μέδ]ιμνον ...
- - - - - δραχμ[α-
- - - -]ας - Χ[Β]Β
- - - - - - - -
- - - - μ]εδίμνο[ν
ἐλομένωι τὸν μ]έδ[ιμνον
δραχμᾶν *nota pecuniae*], ὑφαιρ[εθέν-
τος τοῦ ἐπιδεκά]του γίνοντα[ι
[δραχμαὶ - - - - -
- - - -α]ς ἐπ[ὶ - -
- - - -ίδας Ἀριστ-
- - - - - - - -
- - - - - - - -
- - - - - - - -
- - - - - ἀρχιτέκ-
[τονι - - - - - -
- - - - - - - -
- - - - -ταν - -
- - - - - - - -
- - - - - - ἐπι..
- - - - - μέδιμνο-
[ν - - - - - - -
- - - - - - - -
ὑφαιρεθέντος τ]οῦ [ἐ]πιδε-
κάτου γίνοντ]αι δραχμα[ὶ
- - - - - Ἐπιδάμωι
- - - - - Κ]λισθένει
- - - - παρ]οχᾶς ἐπὶ
- - - - - τῶν λίθ-
ων - - - -] δέκα τῶν
- - - - - ἐλομένωι
τὰν - - ἑκάσ]ταν ...
- - - - -αι [ἐ]ν τᾶι
- - - - - -: καὶ ..
- - - - Μνασικλε[ῖ (s. κλε[ί]δαι)
- - - παρ]οχᾶι ἐπὶ τὸ
- - - - - - -σίας
- - - - -ν μνᾶν -
- - - - - - - -
- - - - - :·ΙΙ ὑφαιρ-
εθέντος τοῦ ἐπι]δεκάτου
γίνονται δραχμ]αὶ - -
- - - - - - - -
- - - - ἐργ]ώναι -

- - - - - - - - -
- - - - - - μεδιμ[ν-
- - - - - - - -
- - -μένωι :· Ἀνα..
- - - δραχμᾶν [Γ (s. Β)
ὑφαιρεθέντος] τοῦ ἐπιδεκ[ά-
του γίνονται δ]ραχμαὶ -
- - - - - - - -
- - - - - - - -
- - - - ἐν τᾶι ἀ[α]ρᾶ[ι
- - - - μνᾶν ἑ[νέ-
α(?), ἐλομένωι μν]ᾶν ἑκάσταν
δραχμᾶν *nota pecuniae*, ὑφ]αιρεθέντος
τοῦ ἐπιδεκάτου] γίνονται
δραχμαὶ] Ξ, - - - -
- - - - - - - -
- - - -θέντων - -
- - - ε]ἰς τὸ Β- -
- - - - - - - -
- - - - - - - -
- - - - - - - -
- - - ἑκάσταν, [ὑφαι-
ρεθέντος τοῦ ἐ]πιδεκάτου γ[ί-
νονται δραχμ]αὶ ΞΞΞ::Ι Κ..
- - - -κ]ονίας λευκώ-
σιος - - -]ς τὸ ἀγγεῖον
- - - - -ι δευτέρα[ν
δόσιν μεδίμνω]ν Θ, ἐλομ[έ-
νωι τὸν μέδι]μνον ἕκαστο[ν
δραχμᾶν *nota pecuniae*, ὑφ]αιρεθέντος
τοῦ ἐπιδεκά]του γίνοντ[αι
[δραχμαὶ - - - - -
- - - -ωνι στεγάξιος
- - - -ίου τοῦ ἐν τᾶι
- - - τρίτα]ν δόσιν, ἐλομ[έ-
νωι τὸν μέδιμν]ον ἕκαστον
δραχμᾶν *nota pecuniae*, κα]θάρσιστιν δρα-
χμᾶν *nota pecuniae* ἔργου] τοῦ παντὸς
καταθέντι(?)], ὑφαιρεθέν-
τος τοῦ ἐπιδ]εκάτου [γί-
νονται δραχμ]αὶ ΒΒΓΞΞΙ
- - - - - - - -
- - - - τᾶς εἰς τὸ
- - - -θέντων ...
- - - -ον γίνοντα[ι
- - - - ἐπὶ - - -
- - - - - - - -
- - - - - - - -
- - - ὑπαργ]υρ- -
- - -ρας μ[ε- - -
- - - -νων - - -
- - - - - - - -
- - ἀγ]ωγᾶς ἐπ[ὶ] τὸ ἀπ.
- - - - -σίαι [ἐπ]ὶ τᾶι
- - μεδίμ]νων - - -
ἐλομένωι τὸν μέδ[ι]μνον
ἕκαστον χαλ]κ[έ]ων [ἕ]νδεκα.

ὑφαιρεθέν]τος τοῦ ἐπιδ[εκ-
άτου, γίνονται] δραχμαί
\- - - - - - - - -
\- - εἰς [τ]ό[ν] κ[ιόν(?)
\- - - - - - - - -
\- - - - - - - - -
\- - - - - - - - -
\- - - Ξ::: δραχμαί
\- - - - - - - - -
\- - - - - - - - -

\- - - - - - - -
\- - - - - - - -
\- - - - ἀλειφόν[ω
τὸν κίθων]ον ἕκαστον
δραχμᾶν nota pecuniae], ὑφαιρεθέν-
τος τοῦ ἐ]πιδεκάτου γίν-
ονται δραχ]μαί [ ]:·

Ἐπὶ Φιλ]ιστίδα
τὸ] Β'.

Nobilissimas aedificii rotundi reliquias repertas anno 1882 a stadio ad septentriones versus Cavvadias (Πρακτικά 1882, p. 77 sq.) statim intellexit superesse de aedibus, quas sic memorat Pausanias (2, 27, 3. 5): *οἴκημα δὲ περιφερὲς λίθου λευκοῦ καλούμενον Θόλος ᾠκοδόμηται πλησίον* (prope templum Aesculapii) *θέας ἄξιον. - - - Ἐπιδαυρίοις δέ ἐστι θέατρον ἐν τῷ ἱερῷ - - - Πολύκλειτος καὶ τὸ θέατρον τοῦτο καὶ οἴκημα τὸ περιφερὲς ὁ ποιήσας ἦν.* Quod titulum nostrum collata ruinarum descriptione vidit pertinere ad tholum, magnae laudi dandum est Foucarto; omnem eximere dubitationem contigit Stai observatione infra ad versus 162 sq. relata.

Latus quod signavi *A*, cum in eo idque quidem demum in ima eius parte memorentur multae inflictae propter fundamentum et substructionem non iusto tempore confecta (vs. 17. 19), apparet fuisse omnium primum; latus *C* constat scriptum esse post *A* et *B* (cf. quae adnotabo ad vs. 195 sq.), atque non dubium est quin finem continuerit rationum (cf. adnotata ad vs. 328. 329).

Aedificationi praefectum erat collegium, quod in prioribus tituli partibus audit *ἐγδοτῆρες* (vs. 4. 45), tum *θυμελοποιοί* (vs. 119. 131. 137. 139) sive *θυμελοποιοί* (vs. 142). Praefectis unoquoque mense sacerdos Aesculapii eponymus solvit pecunias eodem mense expendendas, elucet igitur aedificii sumptum fluxisse e fisco sacro; sed videmus civitatem in pecuniis administrandis partes sibi vindicasse quas detulit ad senatus catalogorum (cf. adnotata ad n. 925) unum singulis mensibus alternantem, cumque sine dubio, cum semper indicetur civium ordo, praesidem ordinis eius, qui tunc gerebat senatus negotia. Praefectis additus est scriba (vs. 143); ab eis promulgatum esse titulum cognosci potest e versibus 162. 164 (*ἐξεδώκαμες, ἐδώκαμες*).

Quae servata sunt in *A* et *B*, pertinent ad annos non minus viginti tres; titulum non uno tempore confecta aedificatione esse scriptum constaret e scriptura in partibus primis et ultimis valde diversa, etiamsi non locis quattuor relatum esset de litteris insculptis sive colore inductis (vs. 38. 64. 140. 177).

Quin titulus scriptus sit saeculo quarto, e litteraturae indole dubium esse nequit, idque insuper monstratur observatione Haussoulliero debita: recurrunt enim redemptores Argivi Chremo et Nicostratus (vs. 12. 44. al.) ut *ἐργῶναι* operis Delphici exstructi anno 338/337, cui anno recte titulum *Bull. de corr. Hell.* 21, 1897, p. 478 n. 35 a Bourgueto adscriptum esse, ut liberaliter mecum communicavit Pomtow, constat. Nihil igitur ad aedificium nostrum attinet Polycletus Phidiae aemulus, sed restat haesitatio, utrum attribuendum sit Polycleto alteri, qui florebat saeculo quinto exeunte et quarti priore parte (vide Brunn, *Geschichte der griech. Künstler* I 280), an eius nominis tertio, cui postquam dubitanter id iam suspicatus est Loewy (*Inschriften griech. Bildhauer* 75) Dittenberger adsignavit basim Thebanam C. I. Sept. I 2532 ultima quarti saeculi aetate factam.

Constat e litteraturae comparatione, initia quoque stelae nostrae recentiora esse quam stelam templi n. 1484; ut intervallum certius aestimari possit, subicio indicem nominum in utroque titulo occurentium, templi rationes signans I, nostras II:

Αἰνίας sponsor I 101; catalogus II 47
Ἀναξίλας redemptor *ἐγκαύσιος* I 51; viaticum recipit II 139
Ἀντίκριτος sponsor I 67; venditor papyri II 159
Ἀπολλωνίδας conficit *φάρξιν τοῦ ναοῦ* I 75; tredecim conficit *πλίνθους* II 166. 168. 173. 175. 176
Ἀρίστανδρος sponsor I 16; catalogus II 80
Ἀριστοκράτης sponsor I 43; catalogus II 82
Ἀριστόκριτος sponsor I 76. 80; catalogus II 84
Ἀριστομήδης sponsor I 55; *ἐγδοτήρ* II 33. 72. 73. 76. 81
Ἀστίας architectus(?) I 111; *ἔγκαυσιν γραμμάτων* praestat II 38
Δαμοκράτης sponsor I 14; catalogus II 38
Δαμοσθένης sponsor I 93; *ἐργώνας Ἀργεῖος* II 167
Δαμοφάνης redemptor I 62 et passim; *ἐγδοτήρ* II 34. 45 et passim
Δόρκων Κορίνθιος praestat *ἔγκαυσιν, ἀγωγάν* I 30. 51. 179; Ἀργεῖος *ἐργώνας* II 44. 53
Εὔαινος ἄγγελος I 288; catalogus II 137
Εὔβουλος confert stipem I 106; catalogus II 135
Εὔδαμος redemptor graduum, stelae I 49. 259; catalogus II 123
Εὐκλῆς sponsor I 71. 101; sacerdos II 90 sq., catalogus II 150
Εὐκράτης redemptor I 78. 294; catalogus II 77
Εὔτυχος redemptor claustri I 294; redemptor *δεπνῶν καὶ γίσφων* II 112 et passim usque ad versum 136
Ἐχέτιμος facit *στρῶσιν τοῦ ναοῦ* I 52; catalogus II 78
Καλλίας sponsor I 53; sacerdos II 77 sq.
Κλείδικος sponsor I 30; catalogus II 144
Λυσικράτης redemptor I 33; sacerdos II 6
Νικάτας sponsor I 12; catalogus II 107
Νίκων praestat claustra I 222; praestat plumbum II 109
Σωκλῆς pictor I 76; catalogus II 101
Φίλων praestat *πίσσαν* I 245, unum obolum praeco ut videtur accipit I 280; praeco accipit unum obolum et dimidium II 158
Φιλωνίδας redemptor laterum I 172; redemptor *πλίνθων* II 164 sq.

In quo indice sunt nomina, quae in utroque titulo eundem virum propter diversitatem conditionum vix credas designare, qualia sunt Astias, Damosthenes, Euaenus; incerta est res de Dorcone, quamquam post civitatem Corinthiam adeptus esse potest Argivam. Nominum non rarorum consensum deberi posse dixeris mero casui atque nomina maiorum recurrere in eiusdem familiae hominibus recentioribus. Sed Apollonidam Eutychum Niconem Philonidam, qui in utroque titulo opera praestant aequalia, Aeneam Aristandrum Aristocratem Damocrinem Euclem Clidicum Nicatam, qui sponsores, spectati igitur viri sunt in titulo altero, catalogi (Eucles sacerdotis quoque) honores tenent in altero, item Aristomedem sponsorem et *ἐγδοτῆρα*, Calliam sponsorem et sacerdotem: hos ad unum omnes alterum ab altero diversos fuisse vix erit qui sibi persuadeat.

Iam accuratius consideremus litteraturae indolem. In lateris *A* partibus superiore et inferiore discrimen non est animadvertendum neque multum differt summa pars lateris *B*. Sed paulatim recentiores formas exhibet scriptura; iam in versu 47 Sigma paenultimum clare habet imam lineam curvatam, ut accedat ad speciem singularem saeculi tertii, et in versu 45 paulum eminet litterae Λ linea altera. Inde a versu 119, unde manifesto incipit nova manus, ornatiores occurrunt litterae et instructae apicibus, qui quidem elegantiores sunt quam postera aetate neque typis satis subtiliter redduntur. E qua diversitate cave tamen concludendum esse credas versum 119 a prioribus temporis intervallo esse diremptum; sed ex universa scripturae indole scriptum esse finem lateris *B* ante annum fere 320 nullo modo credi potest.

Tertius igitur Polycletus cum Doerpfeldio censendus est fuisse architectus tholi i. e. eam absolvisse; nam ab uno viro eodem tempore confecta esse ornamenta aedificii certissime negat vir in hac scientia fere regnans. Pulcherrima columnarum in cella collocatarum capitella Corinthia et splendidissima serta capitaque leonina, quibus ornata sit sima — quorum contemplatio in aerumnis Epidauriis cotidianum praebebat solatium —, ob hanc modo causam tribui iam posse quarto saeculo, quia eorum auctor ducendus sit vir magni ingenii et aetatem suam praecur-

rens. Quod quam bene quadret ad litteraturae aestimationem elucet, e qua ornamenta laudata vergenti saeculo licet adscribere.

Relatum erat in latere *B* de annis undeviginti; cum primis annis multo intentius aedificatum esse ut certum sumere possimus, idque revera factum sit vel primis annis lateris *B* — anni enim quattuor Pythonis, Telesiae, Calliae, Euclis non minus 79 replent versus —, in latere *A* relati fuisse aestimandi sunt anni fere novem. Anni igitur cum circiter triginta elapsi esse credendi sint inter stelae initia et lateris *B* finem, aedificatio incepta fuerit anno fere 350. Sequitur, cum viderimus fuisse homines qui in vigore essent et tituli n. 1484 aetate et nostri, templi stelam confectam non esse ante annum fere 370 et certe eius scripturam e. g. litterae Sigma lineas exteriores interdum vix diductas priori aetati vix assignaveris, potius crediderim vel paulo recentiorem esse stelam.

Sed titulum nostrum recentiorem haberi posse anno fere 330 negavit Cavvadias, cum non memorarentur δραχμαὶ Ἀλεξάνδρειαι. At lubrica utique sunt argumenta e silentio ducta in titulo, de quo plane desideramus versus 140, misere lacerati sunt versus longiores 30, breviores 160. Ad quod accedit quod ignoramus, a quo tempore nummi Alexandri Magni magis in Peloponneso fuerint circumlati. At fuerint circumlati aetate tituli neque memorati, vel sic non valet argumentum. Quo enim iure eos pendi exspectemus Epidauri, ubi pecuniae patriae pretium aequare videmus Aegineticum (cf. ad vs. 90. 122 adnotata), nummos extraneos ut par est adhiberi, si solvendi sunt viris extraneis (v. adnotata ad vs. 40. 90)? Immo pendi poterant Alexandri nummi inter Atticos, qui idem valebant.

Rationum nostrarum institutio haud mediocriter differt a rationibus templi: enumerantur enim et accepta et expensa, idque non ea quae instant sed quae facta sunt. Variat quidem relationis modus: usque ad versum 118 primo post mensem loco indicatur acceptorum summa, sequuntur eiusdem mensis expensa singula; in versibus 119—141 accepta omnia, quae constructionis praefectis uno et eodem anno tradita erant, praemittuntur e mensium ordine enumerata, tum eodem modo referuntur expensa. Inde a versu 142 annorum sex enumerantur accepta secundum menses disposita, ita quidem ut indicatis uniuscuiusque anni acceptis tota computetur anni, in fine tota omnium sex annorum summa, tum aequo modo referantur expensa itemque indicatae sint totae et annorum singulorum et omnium summae. Semper fere unoquoque mense tot expenditur quot accipitur (exceptio notabitur ad vs. 148 sq.). Referuntur quoque multae, quae pendendae erant a redemptoribus propter officia non recto tempore (ὑπερημερία) sive non bene (ἐπιτιμά) praestita, quaeque intercedente uno e praefectorum collegio tradebantur sacerdoti, qui eas in futurum usum retinebat, nam sine eis accepta menstrua aequant expensa. ἐπιτιμά maxima est drachmarum 75 (vs. 116); contra ὑπερημερίαι enormes: vs. 100 drachmae 1080, vs. 76 drachmae 4320, ut summae servatae septem efficiant non minus drachmas 7401.

»*In dem langen Zeitraum … wurden nur die äusseren Säulen, die Cellawand, die Rampe und der Fussboden der äusseren Ringhalle erbaut*« ait Dörpfeld, deesse putans in titulo praeter columnas cellae et simam tecta marmorea et pavimentum cellae e lapidibus albis nigrisque compositum. In hoc quidem errat, nam ad versum 59, ubi componi referuntur lapides nigri, recte adnotat Cavvadias agi de cellae pavimento atque sane id necessario perfectum erat ante splendidam portam ei impositam, de qua vide quae adnotata sunt ad versum 91. Praeterea Cavvadias (Τὸ ἱερὸν p. 51 sq. adnot.) suo iure verisimile ducit, sic ut constet de constructione porticus exterae (cf. vs. 60) etiam de columnis in cella collocatis (i. e. de porticu interiore) relatum fuisse in stelae partibus amissis. Certe quae revera defuerunt in *A* et *B*, omnia relata erant in parte *C*, cuius scripturae ambitus aequabat laterum *A B* versus circiter quinquaginta; non enim video, quomodo refutari possint argumenta ad versus 193 sq. 328 sq. infra allata, secundum quae *C* non solum scriptum est post *A B* sed finem continet rationum. At partem erogationum Keil relatam fuisse putat in stela altera contemporanea, earum enim sumptum suppeditatum esse e rei publicae fisco, non ut expensa stelae nostrae e fisco sacro. Sed quomodo institui potuerit talis divisio, ut partium aedificii eodem tempore constructarum certae pertinuerint ad alterum fiscum, certae ad alterum, equidem non magis animo possum concipere quam Dörpfeld (contra Keilium etiam Cavvadias, Τὸ ἱερὸν p. 55 sq.). Quod cum aliis miram aedificandi tarditatem Dörpfeld reducit ad exiguitatem opum, id stare non potest, cum eluceat e titulis a nobis propositis, quibus accedunt alii ambitus maximi (vide p. 185 III), ad quot aedificia eadem fere aetate, ut probant et hominum nomina reccurrentia et litteratura, atque tholus exstructa, suffecerint sacri reditus. Manifesto igitur ea de causa tholum neglegebant Epidaurii, quia non multum eis erat cordi; crediderim ea iam incepta consilium eos cepisse aedificationum multarum, quas nunc anteferrent.

In significandis drachmis rationes nostrae, sicut quoad agnosci potest reliquae omnes, differunt a stela templi n. 1484, cum inductae sint pentadum notae; singula apparent ex indice sequente. De obolo eiusque partibus exposuimus p. 325, de pentadibus paulo variatis cf. p. 349.

drachma una ⊢
drachmae quinque ⁝⁝⊢, inde a versu 144 Ͱ
» decem –
» quinquaginta ⵉⵉ– vs. 6—15. 120—125. 130. 131. 𐅄 vs. 40—116. 𐅄 vs. 129. 133. 𐅄 inde a versu 146
» centum Θ, raro (vs. 125. 127. 136) Η
» quingentae 𐅅 (raro 𐅅) vs. 8—15. 88—179. 𐅅 vs. 57. 66. 75
» mille Χ
drachmarum quinque milia 𐅆.

Subicio conspectum pecuniarum acceptarum (quae aeque expensae) quoad servatae sunt, addito ad mutilas minimo quod fuisse potest. Drachmae Atticae redactae sunt ad pretium Aegineticum, quod valuisse in nummis Epidauriis iam diximus; de drachmis Corinthiis adnotabo ad vs. 40.

versus	eponymus	mensis	drachmae	summa totius anni
	?			
2		?	1000 dr. — ob.	
6. 8		Ἀπελλαῖος	674 » 2 »	1674 dr. 2 ob.
	Δαμόκριτος			
10		Πάναμος	725 dr. — ob.	
14		Κύκλιος	4585 » — »	5310 dr. — ob.
	?			
24		?	300 dr. — ob.	
25		?	— » 5 »	300 dr. 5 ob.
	Πύθων			
31		?	4 dr. — ob.	
32 sqq.		Τέλεος	97 » — »	
36		Ποσιδαῖος	426 » — »	
38		Ἀρταμίτιος	30 » — »	
39		Ἀγριάνιος	49 » + Corinthiae 297	
43		Πάναμος	105 » — ob.	711 dr. + Corinthiae 297

versus	eponymus	mensis	drachmae	summa totius anni
	Τελεσίας			
52		Ἀζόσιος	1234 dr. — ob.	
57		Καρνεῖος	6978 » 3 »	
62		Ἑρμαῖος	76 » 2 »	
64		Τέλεος	124 » — »	
66		Ποσιδαῖος	1775 » — »	
68		Ἀρταμίτιος	9 » — »	
70		Ἀγριάνιος	14 » — »	
71		Κύκλιος	112 » — »	10322 dr. 5 ob.
	Καλλίας			
77		Καρνεῖος	8 dr. — ob.	
79		Γάμος	16 » — »	
80		Ποσιδαῖος	56 » — »	
82		Ἀγριάνιος	32 » 2 »	
84		Κύκλιος	70 » — »	182 dr. 2 ob.
	Εὐκλῆς			
90		Ἀζόσιος	68 dr. 2 ob.	
94		Καρνεῖος	770 » — »	
98		Ἑρμαῖος	72 » 4½ »	
100		Γάμος	27 » 1½ »	
102		Τέλεος	385 » — »	
104		Ἀγριάνιος	166 » 3½ »	
106		Πάναμος	9 » — »	1499 dr. — ob.
	Θίασος			
107		Ἀρταμίτιος	29 dr. 4 ob.	
109. 110		Πάναμος	96 » 2½ »	
112		Κύκλιος	14 » 4 »	140 dr. 4½ ob.
114	Τιμοκράτης	Ποσιδαῖος	29 dr. 2 ob.	29 dr. 2 ob.
116. 118	Στίαξ		nihil (cessavit aedificatio)	nihil
	Φιλοθέρσης			
120		Γάμος	3056 dr. 5 ob.	
121		Ἀρταμίτιος	70 » — »	
122		Πάναμος	2740 » — »	5866 dr. 5 ob.
	Νικοκράτης			
127		Ἀζόσιος	670 dr. 2 ob.	
127		Ἑρμαῖος	20 » 2¼ »	
128		Γάμος	303 » — »	
129		Ποσιδαῖος	210 » — »	
129		Ἀρταμίτιος	3099 » — »	4302 dr. 4¼ ob.
	Αἴσων			
134		Πραράτιος	210 dr. — ob.	
135		Ἀρταμίτιος	9 » 1½ »	
135		Πάναμος	140 » — »	359 dr. 1½ ob.
137	Κλεινόδικος	Γάμος	300 dr. — ob.	300 dr. — ob.
	Δαμοκλείδης			
139		Ἀρταμίτιος	10 dr. — ob.	
140		Πάναμος	3 » 4½ »	13 dr. 4½ ob.
	Καλλικράτης			
144		Ἀγριάνιος	30 dr. — ob.	
		Κύκλιος	25 » — »	55 dr. — ob.
146	Ἀρχιλαΐδας		nihil (cessavit aedificatio)	nihil
147	Σωκράτης		nihil » »	nihil
147	Διονυσόδωρος		nihil » »	nihil
	Λάκριτος			
148		Γάμος	1260 dr. — ob.	
149		Πάναμος	2352 » — »	
150		Κύκλιος	475 » — »	
150. 151		Ἀπελλαῖος	1900 » — »	5987 dr. — ob.
	Κλεάρης			
152. 153		Ἀζόσιος	780 dr. — ob.	
153. 154		Καρνεῖος	1840 » — »	2620 dr. — ob.
			In latere C certa ratione computari possunt	1566 dr. 2 ob.

Summa tota 41255 drachmae Aegineticae + 297 Corinthiae.

Mensium Epidauriorum hic est ordo:

1. Ἀζόσιος (sive Ἀζέσιος)	7. Ποσιδαῖος
2. Καρνεῖος	8. Ἀρταμίτιος
3. Πραράτιος	9. Ἀγριάνιος
4. Ἑρμαῖος	10. Πάναμος
5. Γάμος	11. Κύκλιος
6. Τέλεος	12. Ἀπελλαῖος.

Quomodo menses singuli se excipiant, ex uno elucet titulo nostro et cognosci vel potest ex acceptorum quem modo dedimus conspectu; solius Praratii locus definitur titulo n. 1492. (De Praratio erraverunt Keil p. 78, Stais, Cavvadias, Bischoff, *Griech. Studien H. Lipsius dargebracht* p. 1 sq.; non longe a veritate aberat Prott, *Jahresbericht für Alterthumswissenschaft* CII p. 100 quartum ei tribuens locum.)

Vs. 1 *δαπάνα*, quod restitui, paene certum; praecessisse credenda est nota pecuniae. — Vs. 3 vix dubitabis de Stais supplemento *Κα[ρνείου*. Sed non fuisse potest pensio mense Carneo facta; nam necessario post novi mensis nomen indicandus erat catalogus, ordo civium, pecunia a certo sacerdote accepta. Credo igitur pensum esse redemptori alicui quod reliquum esset de debito ceteroquin soluto mense Carneo. In fine supplevi *ἐφόδ[ια*, quae etiam in versu 45 *ἐνδοτέρω* praebita esse dicuntur. — Vs. 4 supplevi *καὶ Ἄργος*, quod cum Stais lectione bene convenit. Tum supplevi *ἐφόδια ἐνδοτέρω*, cum in versu quinto redeat *Καλλι-*. — Vs. 6 *ἱαρε-* vix dubium, sed *πὰρ Αντικράτευς ἀ[ρεῦς λᾶινα* fuisse nequit, cum desint praescripta. Indicavi argumentum, quod cogitari potest. — Vs. 7 restitui *Νικαγένης*, aeque formatum atque *Θεογένης*, *Μεγαγένης*. — Vs. 10 extr. *τομᾶ[ς καὶ ἐργασίας καί* Keil nimis breve. Ad supplementum meum cf. vs. 40. 75 sq. — Vs. 11 *Κορινθία πέτρα* cf. adnotata ad n. 1484 vs. 5. — Vs. 12 *Δ[όρκων* certa ratione supplevit Stais. Tum Cavvadias et Keil e prioris coniectura scribentes *Ἀριστον]|αύτας* explevisse sibi videntur versum, non recte. Interpositum erat nomen alterum; aptum e. g. est *Λυσίας :, Φιλον]|αύτας*. Ut igitur expensa sequuntur accepta, in fine versus 11 necessario indicatae erant drachmae duodecim, quae cum in solam praeconis mercedem cadere nequeant, omisso nomine eius (quod semper fere factum est in rationibus templi) indicata insuper credenda est erogatio altera. — Vs. 14 extr. *Πολυ[ξένου λατομίας* Cavv., *H. λίθου τομᾶς* Keil, nimis breve utrumque. — Vs. 16 *πάρ* recte inseruit Keil, item vs. 17 *ἱαρεῖ*, ubi finem supplevit Cavv. Qui pro (*ὑπέρ*) alio multas solvunt cum Keilio credendi sunt sponsores. — Vs. 20 spatii causa inserui *κρατευμένας*. Tum *πάρ* dedit Keil, vs. 21 *λ[ᾶινα* Cavv. — Vs. 23 supplevi e versu 98, ubi cf. adnotata. — Vs. 25 extr. proposui nomina. — Vs. 26 inserui *πὰρ -- λᾶινα*. — Vs. 28 supplevit Keil. — Vs. 29/30 de supplemento quod posui cf. adnotata ad vs. 36. — Vs. 32 restitui *Φερ]ένικος*. — Vs. 33 extr. erat aut *λειπ* aut *οιπ*, non *δειπ*. — Vs. 34 erravit lapicida exarans *Χαριλαιδλι*, neque minus credendus est erravisse ante hanc vocem, ubi dedit sensu cassa. Item vs. 36 est *ποταλγόν*, vs. 37 *ἐφοδΓα*, vs. 38 in. Α pro Δ, vs. 39/40 *Αἰγιναί[αν* iuxta *Κορινθίου*; alia adnotabo ad versum 53. In fine redintegravi *Ὀλύμ[πια*, ubi certum est My. — Vs. 36 sq. drachmae quae acceptae sunt 426 aequant drachmas expensas 420, quae Aegineticae dicuntur vs. 37, additis drachmis sex datis ut viaticis. In acceptis omitti poterat, quot drachmae patriae essent (*Ἀργολικὸν ἀργύριον* vs. 123. 126), quot Aegineticae, quia utrumque genus idem valebat (cf. adnotata ad vs. 90); sed consentaneum erat Aegineticas distinguere in expensis, quia de iis permutatis ratio redditur in versu 41. Facile intellegitur pecuniam Aegineticam utilius Athenis permutatam in Atticam esse quam domi. Ut *ἐπικαταλλαγά* i. e. permutandi merces soluta mensario (cf. Keil p. 66 adn. 3) penduntur drachmae 25 sive pro drachmis centenis paene accurate drachmae senae (cf. adnotata ad vs. 122). Cum decima pars pretii sint drachmae Aegineticae 420, marmor constitit drachmis 4200. De quibus cum praeterea pensa sit quinquagesima drachmarum Atticarum 120 (vs. 46), sequitur, ut perbene observavit Theodorus Reinach, 4200 drachmas Aegineticas aequavisse $120 \times 50 = 6000$ Atticas. Quinquagesimam Athenis solvendam fuisse de mercedibus omnibus exportatis constat (vide Boeckh, *Staatshaushaltung* I² 383); nunc discimus insuper rem publicam Atheniensem de marmoribus venditis imposuisse decumam. Sed cum post menses quindecim soluta quidem esse referatur marmoris Attici quinquagesima (vs. 72) sed sermo non sit de decuma, hanc interim abolitam esse apparet; vix per longum valuerat tempus. — Gratum me facturum esse spero lectori, si componam, quid de marmore Attico nobilissimo referatur variis tituli locis, ad quos quae singillatim conatus sum explicare sunt conferenda. Lapides septuaginta unus (vs. 67), quos emptos esse drachmis Aegineticis 4200, unumquemque igitur drachmis 59⅓, modo diximus, transportati sunt in portum Epidaurium, fortasse vecturis duabus (vs. 46 sq. 63). Unde in sacrum lucum traducti (vs. 67) tractantur et componuntur (vs. 58). Pretium lapidum e metallis caesorum, in quo inclusa fuisse credenda est merces transportandi in Piraeum (cf. vs. 75 *τομὰ καὶ κομιδὰ ἐς Πειραιᾶ*), relatum erat in perditis lapidis partibus; vecturam in portum Epidaurium factam conieci indicatam fuisse in versibus 29. 30. Drachmis 4500 comparata est nova marmoris copia (vs. 72), quae e metallis in Piraeum traducta (vs. 75) imponitur navi (vs. 84 sq.), qua vecta est Epidaurum in portum (quam vecturam non memoratam esse miramur), unde transportatur in sacrum lucum (vs. 99). Et huius marmoris emptio relata erat in deleta stelae parte. De magno vecturarum pretio adnotabimus ad versum 67. — Vs. 38 *Ἀττικᾶι ἐγκαύσιος κτλ.* Hunc locum et reliquos (v. p. 338 col. I), qui agunt de litteris insculptis, recte e Cavvadia relatos esse in stelam nostram negat Keil p. 98 sq.; sed falsum esse argumentum e pretiis ductum probant tituli n. 1492 versus 11. 31. 35, secundum quos litterae centum exarabantur obolis quinque. — Vs. 40. Drachmae traduntur a sacerdote Corinthiae, quia pendendae erant Corinthi; quod multo minoris erant pretii quam drachmae Aegineticae (grammorum tantum sunt 2,91; cf. Imhoof-Blumer, *Numismatic Chronicle* 1873 p. 6 sq.) sive, quod idem, Epidauriae, respiciendum est in consideranda vecturae mercede. *Κορινθία πέτρα* (v. vs. 11) vecta erat in portum, ut mari transportaretur Epidaurum in urbem indeque terra in sacrum, quod quanti insuper constiterit, aestimari potest e versu 67. Cuius ultimae vecturae pretium cum desideremus in titulo fortasse aurigae solverant magistratus urbani et repetere a fisco sacro neglexerunt. — Vs. 41: cf. adnotata ad vs. 36 sq. — Vs. 46 Lamachus (occurrit etiam in versu 72) aut erat intercessor Epidauriorum Athenis constitutus aut publicanus Atheniensis (Keil p. 38 adnot. 1). — *παρκάλυσις* (item vs. 63) Keil (p. 125) derivatum a radice eadem, e qua *κάλον*, interpretatur ut actionem demendi tegimenta lignea, in quibus lapides in portum Epidaurium erant transvecti, *ἐγκάλυσις* (vs. 85) ut horum lignorum impositionem in Piraeo factam; *διακάλυσις* est n. 742 vs. 12. — Vs. 49 *περιστάσιος*: cf. adnotata ad n. 1484 vs. 6. — Vs. 50 *περιστῶν*: verisimiliter reddit redemptor, quod nimium ei per errorem erat pensum (Keil p. 55 adn. 2). — Vs. 51 *τύλωσις*. Constructa erat *κρηπίς* e poro (Cavvadias, Τὸ ἱερόν p. 59), lapide molli, qui censendus est illitus esse aliqua re, ut durior fieret, nam *τύλωσις* est actio, qua aliquid callosum redditur. Ante *Δαμοφάνης* est rasura. — Vs. 53 in *Νικοστράτω* omissum Iota mutum, sed cum proxime sequantur dativi in *οι* vel *αι* desinentes, id merae socordiae fuerit tribuendum, quod non refutatur omissione eadem occurrente et in huius et in insequentis versus fine, nam in illo somniasse lapidarium arguit pecuniae nota non minus omissa, ut pateat eum, cum ad versus proximos transiisset, conficere oblitum esse quae incepta essent in prioribus (non recte transscribit vs. 53 *Πολυξένω[ι :*, vs. 54 *Εὐθυνόμω[ι* Cavvadias). Quam neglegenter rem egerit lapicida, iam adnotavimus ad versum 34; addo exempla e vicinia loci nostri petita: vs. 57 *κατάλλαγος*; vs. 61 *Καλλλίστρατος*; vs. 65 *Ἀττυφάν*; vs. 66 omissa Posidaei mensis praescripta; alia afferam ad versum 86. — Vs. 55 viri Athenienses designantur forma eis patria *Ἀθηναίοι*. — Vs. 59 conficitur lapidum nigrorum ex Argo oriundorum (vs. 15) compositio, ad quam praeparati erant (vs. 55 sq.) ut par est Argis ipsis, nam Chremo redemptor est Argivus (vs. 44). Adhibiti sunt ad pavimentum cellae; cf. praemonita p. 339 col. II. — Vs. 60 *στεγάστιος τᾶς περιστάσιος*. De porticus (v. adnotata ad n. 1484 vs. 6) tecto nullo modo agi posse intellexit Cavvadias, quippe quod exstrui non posset ante cellae muros confectos, ad quod accedit exiguitas pretii (item n. 1484 vs. 287. 304), de qua iam miratus est Stais. Keil igitur (p. 88) *στέγαστρον* bene rettulit in tegimenta temporaria, quibus partes aedificii ne laederentur instructi essent. Cui explicationi recte assentitur Cavvadias (Τὸ ἱερόν p. 60 adnot. 1), iure quidem negans credi cum Keilio posse tectas esse columnas, ipse ratus agi de *γείσω*. Cf. vs. 107. — Vs. 61 extr. vix statuendum *Δεξελίς* iuxta *Δεξελιάς* ex unico testimonio lapicidae, quem omissarum in fine versuum litterarum iam convicimus ad versum 53. Variant quidem *Πειρατίς* et *Πειρατία*. — Vs. 62 de plumbi pretio cf. adnotata ad vs. 133. — Vs. 63 *παρκαλύσιος*: vide adnotata ad vs. 46. — Vs. 64 *Πιερίδος Ὑσμινά[τ]ας*: e demo Pieriade, e phyla Hysminatarum.

Phylam Ὑσμινατᾶν testantur n. 894 vs. 10. 1492 vs. 25, iuxta quam fuisse ordinem minorem cuius nomen persimile esset Ὑσμινάτα, manifestum est ex eiusdem tituli n. 1492 versibus 27. 28. Ad Πειριάδες cum et in tituli nostri versu 95 et n. 1492 vs. 9 phyla non indicetur, patet additamentum non factum esse ut distingueretur ab ordine phylae alius homonymo, sed ad libidinem. — Vs. 65 in titulo sibi constat fere pretium δεσμῶν, talentum unum vs. 65. 83. 92. 98. 112: 14 dr. 4 ob., vs. 108: 14 dr. 5 ob. — Vs. 67 ΠΞΙ. Additus est numerus lapidum, quia secundum eum computata est vecturae merces, quae, si comparas ipsius materiae nobilis pretium (cf. vs. 36 sq.), permagna: unius lapidis vectura constat drachmis viginti quinque. Negotium male cessit redemptori: de drachmis acceptis 1775 reddendae ei erant nomine ὑπερημερίας non minus 1080 (vs. 98 sq.). — Vs. 69 extr. supplevi Κέ[φα]λος. — Vs. 71. 72. De quinquagesima adnotatum est ad vs. 36 sq., de Lamacho ad vs. 46. — Vs. 75 ιος residuum linguae priscae, sicut Ἀθάνιος vs. 79. — Vs. 81/82 Ἀριστομ[ή]δει recte Blinkenberg Keil (cf. vs. 72/73. al.), Ἀριστομ[έν]ει Stais Cavv. — Vs. 85 de ἐπιπολέτιος adnotatum ad vs. 46. — Vs. 86. ὑπερημερία, item vs. 89 ἐπιταιά quamquam teneri possunt interpunctione, tamen, cum repugnent tituli mori atque interpositus in versu 88 sit accusativus, tribuenda lapicidae neglegentiae, cuius documenta attuli ad vs. 53. Addenda sunt e versuum nostrorum vicinia: ΑΣ scriptum pro dativο αι vs. 75. 76. 87; vs. 78 Δεξίλαος; vs. 94 Κωμ-ς; vs. 100 omissum catalogi nomen; vs. 106 Ἀρέστωνος. Etiam vs. 115. 116 est ἐπιταιά iuxta accusativum vs. 117. Animo lapicidae observata est constructio passiva: ἀπηνέχθη, quae est vs. 111. — Vs. 90 pecuniae Aegineticae (33 dr. 2 ob.) et Atticae distinguuntur in acceptis, quia eorum pretium diversum erat; drachmae expensae vs. 91 indicantur quidem ut Atticae, sed Aegineticae vs. 92 (2 + 2 + 29 dr. 2 ob.) carent designatione originis, ut manifesto earum pretium convenerit cum patriis. Plane idem factum in acceptis vs. 96 et expensis vs. 97 sq. Cf. adnotata ad vs. 36 sq. — Comodioni semper penditur pecunia Attica (vs. 91. 95. 102. 104), Sannioni Pario ter (vs. 97. 105. 111), qui sic vs. 118 et solvit ὑπερημερίαν. Manifesto interdum redemptores paciscebantur ut sive pro omnibus sive pro certis operibus certum eis solveretur genus nummorum; Comodio credendus est fuisse Atheniensis, Sannio domicilium Athenis habuisse. — Vs. 91. Verisimillime censet Haussoullier exemplum fecisse Comodionem ornamentorum portae — erat unica —, in qua cum Sannione occupatus esset inde ab Azesio anni Euclis usque ad Panamum anni Thinei (vs. 110), i. e. per menses duodeviginti; fuisse Comodionem artificem, Sannionem operarium, quod vel monstrent pretia utrique soluta. Atque revera de condicione Sannionis non est dubitandum: vs. 58 lapides tractat; vs. 136. 140 litteras incidit stelae nostrae; vs. 136 sq. facit limen. — Vs. 94 σταθμοί *postes* (Pollux 1, 76). — καταλαβεύς: occurrit etiam in titulo Cretensi (Novosadsky, *Athen. Mitth.* 11, 1886, p. 181. Fabricius, *Museo italiano* 3, 617). Vocem nisus glossa Photii et Hesychii καταλαβεῖς· κάττυλαι feliciter interpretatus est Keil ut *fulturam* (»*Träger*«); in explananda re non recte adstipulatus Fabricio dissentit a Cavvadia, cuius explicationem confirmavit Haussoullier: καταλαβεῖς sunt lapides utrimque supra postes collocati, qui fulciunt cymatium, nostra lingua *consolen*. — Vs. 97 quod praeter morem additum est τῶν δεδοκιμασμένων, connectendum est cum ἐπιτιμιᾶν quas sibi contraxit Sannio vs. 111 et 117: diserte indicatur probata iam esse opera viri non semper diligentis. De Iota in fine versus omisso cf. adnotata ad vs. 53. — Vs. 98. Crediderim Phyliam vendidisse lapides, quorum pretium accepisset Episthenes, sive eius mandatum habebat sive haeres erat, sed postea animadversum esse errorem in lapidibus numerandis commissum, ut unius pensio restaret. — Vs. 98 sq. τὰς Μεγακλείδα - - ὑπερημερίαν: cf. adnotata ad vs. 67. — Vs. 99 PA unius litterae tenent locum. — Vs. 102. 104 κατεγλυφᾶς: intellege sculpturam portae; cf. adnotata ad vs. 91. — Vs. 105 per errorem in transscriptione Πανάμου diremptum est a praecedente de eodem anno relatione. — Vs. 107 in. supplevi ῥ]ιπῶν. Quod dubitanter proposuit Stais τ]ύπων, non recte sustinet Keil; vere enim ait Cavvadias id non fuisse in lapide, Iota est certum. Vimina duco adhibita esse ad tegimenta temporaria; cf. vs. 60. — Vs. 111 Ἀττικά referendum ad notam pecuniae sequentem: Ἀττικὰ δραχμὰ μία. — Vs. 119 cum referendi modo (de quo v. praemonita) mutatur quoque appellatio collegii antea ἐγδοτῆρες dicti, abhinc Θυμελοποιοί sive Θυμελοποιοί. Putat quidem Robert nova voce non significari totius aedificationis praefectos, sed inferiorum tantum partium, has enim indicare vocem q. e. Θυμέλα. At nullo modo credi potest tale collegium nominatum esse de certis aedificii partibus ad quas construendas coercitum esset; certe eius rei desunt exempla, neque id quadrat ad tituli n. 1492 versum 29. Non dubitari potest quin Θυμέλα notet totum aedificium, ad cuius solam figuram vocem duco esse revocandam. E dicto Vitruvii 5, 7, 2: »(*Artifices, qui*) *suas per orchestram praestant actiones, thymelici Graece separatim nominantur*« concluseris vocis q. e. Θυμέλα sensum amplificatum esse ad appellandam totam orchestram, a cuius specie rotunda Epidauri certe translata esse videtur ad designandum aedificium rotundum, ut plane congruat appellatio sive vulgaris sive recentior quam Pausanias tradit Θόλος. Quod in titulo Delio anni a. Chr. n. 279 *Bull. de corr. Hell.* 14, 1890, p. 397 est Θυμέλη τοῦ βωμοῦ, fuerit *rotunda arae substructio*. Causa, e qua variatam esse collegii appellationem censet Dörpfeld (apud Keilium p. 34), parva modo indiget mutatione: cum interea constituta essent multa aedificiorum simul construendorum collegia (cf. supra p. 339 col. II; putat Dörpfeld, cum alterum constitutum esset collegium), consentaneum erat unicuique quoad fieri posset petere nomen ad distinguendum idoneum: sic habemus n. 1492 vs. 25 ἐπιστάται τοῦ κατασκευάσματος τοῦ πὰρ Ἀπόλλων, ibidem vs. 1 ἐπιστάται τοῦ Ἐκδοτείου. Ad quem usum destinata fuerit tholus, nondum est investigatum, neque veritatem assecutum esse credideris Svoronum (Διεθνὴς Ἐφημερὶς τῆς νομισματικῆς ἀρχαιολογίας IV, 1, 1901, p. 5 sq.), putantem eam fuisse aedem Hygiae; repraesentari enim tholum in nummis aetatis imperatoriae Epidauriis, qui statuam exhibent muliebrem stantem in aedificio rotundo. Sed si tam splendido templo honorata erat Hygia, cur ei exstructum est alterum (v. lemma n. 1331), ut haberet duo, ipse Aesculapius unum? Atque cur Pausanias 2, 37, 3, scriptor in eligendis verbis quibus res sacras significet accuratissimus, non dixit ναός, immo Ὑγιείας ναὸς pro οἴκημα? Neque id valet argumentum, quod Epidauri non novimus aliud aedificium rotundum, perierunt enim multa atque quod cernitur in nummis magis aequat porticum, cum muri non sint indicati. Equidem cum a Pausia ornata esset tholus picturis Amoris et Ebrietatis, servisse eam credo ad habenda convivia, quae quidem connexa essent cum cultu divino; labyrinthum enim subterraneum, quod sepulcrum Aesculapii mire ducit Svoronus, recte crediderit Cavvadias (Τὸ ἱερόν p. 64) adhibitum esse ad perpetrandas actiones mysticas. — Vs. 122 sq. Pecunia Panamo accepta et Aeginetica et Argolica penditur uni Laarchidae (vs. 126), permutatur sola prior; ut merces permutationis pro drachmis centenis penduntur dr. 5 ob. $3^{1}/_{3}$, paulo minus quam antea pensum est Athenis (v. adnotata ad vs. 36). Idem erat pretium drachmarum Argolicarum et Aegineticarum, sed iure suo usus est Laarchidas postulans nummos in Argolide cusos, qui cum praesto non essent erant cum detrimento parandi. — Vs. 123 PIAΣ est in rasura. — Vs. 124 σηκός *cella*. — ἦθησις *actio cribrandi*. Monet Keil (p. 426) e titulo corrigendum esse Ps. Aristot. Probl. p. 870*b* 18, ubi traditur ἠθίζει et διηθίζει. — Vs. 125 τὸς σηκός: cum tot errata sint commissa, est suspicio etiam τός pro τόν deberi errori, certe unicum est talis assimilationis exemplum. ΕΕΥΤΥΧΩΙ in rasura, prius Ε denuo erasum. — Vs. 126 in καταλλαγά Gamma correctum e Lambda. — Vs. 127 M(ε)λισσῶν scripsi cum Cavvadia. — Vs. 128. Nicodorus ut catalogus recurrit in versu 134, ergo per annos minime duos contiguos eo munere fungi licebat; Philoxenus (vs. 129) post annos octo redit in versu 148. Quod contra morem summae duae acceptae mense Gamo non in unam sunt redactae alterique additum est, pro qua re pendenda esset, ut id bis referatur (vide vs. 133), neglegentiae non tribui nequit; de quattuor Θ pro tribus item per neglegentiam exaratis exponam ad vs. 133. — Vs. 129 post Ξ est rasura. — Vs. 132 in. indubium supplementum μν]ᾶ posuit Cavvadias. — Vs. 133 in. duos locos deficientes indicat Stais (..Θ), Cavvadias scripsit ΘΘΘ|Θ, manifesto ut adaequaret summam expensorum cum acceptis, quod cum fieri non posse intellexisse videatur Stais, omnino non posuit supplementum. Cavvadiae enim lectio, licet contrarium Keilio (p. 84 adnot.) scripserit Wolters, repugnat lapidi: vides ex exemplo meo, quod confirmatur ectypo, in versu proxime praecedente idem spatium occupavisse nil nisi MN, nostri autem versus initium vel exhibere scripturam haud mediocriter latius diductam, ut idem spatium in altero teneat litteras decem, in nostro septem, ac sane ante servatum Θ tantum spatii est incolume, ut notam praecedentem non nimis propinque constet accessisse. Mensura quam accuratissima instituta pro certo dici potest fuisse non plus duo Θ, ad duo autem spatium quam optime quadrare. Dixerit aliquis omissum per errorem esse unum Θ, sed sic talentum plumbi, quod vs. 132 mense praecedente

